



PETRI ANDREÆ MATTHIOLI

SENENSIS MEDICI,

IN LIBRUM SUUM, DE MORBI
GALLICI CURANDI RATIONE,

PRÆFATIO.



Um valle quadam secreta, locisque desertis ab omni sequestratum penitus medicorum convictu fato me continerem, censuissentq; , sicut olim Philoctetes, diutius in solitudine mihi permanendum, per hyemem nostræ disciplinæ memoriam literis propagare non alienum putavi, ut & nobis solatium, & lecturis pro virili utilitatem pararem, ne quando non solum vitæ in obscuro transactæ, sed etiam temporis amissi reddenda ratio foret. Nam dum tempus ferebat, & herbæ, arbores, virgulta, ceteraq; id genus in collibus, pratis, & convallibus germinabant, quæ aliquid medicinæ conferre videbantur, ea confectabar, solatiq; loco mihi tunc erat, hæc vacuum partim sub umbra, ut flaccescerent, collocare, partim æneis & vitreis organis igne subdito in purissimas aquas redigere: sicut ardente jam Syrio domi subtilissimæ naturæ liquorem, summoq; pretio comparatos medicamentorum potus conficiebam. Longum esset antidota, collyria, cataplasmata, quibus tunc infudabam, sigillatim connumerare. Nec ab industria vacuum autumnus erat: per altissimos namq; montes sedulo gradu radices utriusq; Veratri, quod Helleborum Græci dicunt, Dictamnique bezoardici perscrutabar, herbarumq; ferme omnium, quarum apud Medicos nomen est celebre passim, gramina radicitus extirpabam. Nec minus, prout occasio sese ingerebat, & abietis oleum summo odore præditum, vulneribusq; conglutinandis aptissimum, & ex larice cum Agaricum, tum gummi liquidum, ex quibus summa male habentibus medicina salutem promittit, colligebam. Nunc verò cum hyems in autumnii locum successerit, per Brumam quid aliud agendum superest, quam quæ à diversis authoribus de medicina tradita fuerint, memoriæ commendare, sive aliquid scribere? Sed cogitanti mihi aliunde mortuorum memoriæ minimè pendere, nisi ex monumentis literarum, dubius distrahebatur animus, Commentariane conscribere in eminentissimos medicinæ Professores, an aliquid meo Marte cudere deberem: nec sane quid potius esset præstandum suppetebat: nam primum satis vulgare videbatur, ab altero detinebat negotii magnitudo. Quæ dum egomet mecum disquiro, forte fortuna in manus inciderunt, quædam de morbo, quem Gallicum dicunt, à neotericis conscripta, quibus cum multa mihi comperta adjici, & pleraq; meliora fieri posse viderentur, accepißemq; jam calamum exaraturus opusculum, quod meo iudicio posset nonnihil laborantibus opis afferre, Franciscus Aliger præsto fuit, in quo præter fidem, mirificamq; in me animi inductionem, summa inerat comitas. Mutua igitur data acceptaq; salute, confectisq; tribus aut quatuor spatiis in tepidario sedimus, ubi post familiarem sermonem friget, Franciscus hucevafit. FRANCISCUS. Et otium tuum, & hyemis solitudo hortantur, ut te pro summa inter nos benevolentia, quod jam dudum concupieram, sed pudore pene subrustico deteritus non audebam, tot alioqui negotiis districtum diutius interpellare, nunc obtester, de morbo gallico diligenter ut discas. Nam hæc opuscula, quæ circumferuntur potius aliquando infirmitatem, quam sanitatem patientibus exhibent, quæ quidem tanquam deterima detestor: nec me hercule injuria. Quid etenim præter suffitus ill. nitionesq; vivi argenti (extinctum, quod vivum est, dicunt) quibus mea sententia nihil est deterius, in se habent? A te verò cum primis originem, causam, cognationem, principium, qualitatem prædicti mali, deinde victum, abstinentiam, quam sustinere debeat affectus, tum poriones, medicamenta, Pharmaca, fomenta, quibus huiusmodi noxa fere plerunq; solet expugnari, desidero, nulla alia de causa, nisi, ut ubi primum talia fuero diligenter expiscatus, tanquam planus improbissimus secundarum partium, statim primarum fiam. Proinde vide quid agas.

T T 2.

Hæc

Hæc te prius scire volui, ne postea dicas non prædictum. **ANDREAS.** Bene profecto & ex usu nostro id sermonis nunc incidit, quippe de his me percunctaris, quæ jamdudum scribere conceperam animo: calcaria igitur equo sponte currenti (ut ajunt) addidisti. Nam quod tu perplexe minitaris postea videro: quamvis (vere dicam) nimium oneris nobis imponis, quasi verò ceteros in hac cura medicos excellamus. Tu quidem mi Franciscè, qui tantum mihi tribuis, quantum ego nec agnosco, nec postulo, facis amice: tametsi vellem aliquando confore, quod credis esse, aut futurum brevi speras: sed certe (ingenue dicam quod sentio) nihil in me video signi, quo possim quandoq; id futurum mihi promittere. Sed de his hæcenus. Verum antea quam hi sermones se altius efferant, ut viva tantum Veritas cœlestis spiritus gratia ore nostro proferatur in lucem, in primis Deo Optimo Maximo invocato colloqui incipiamus.

DE MORBI GALLICI CURANDI RATIONE DIALOGUS.

ENARRATIO.



Mnipotens pater (ut Hesiodus) antiquorum perviciam percipiens, Pandoram cum dolio mali referto terris immisit. Denuo memoria patrum, ut effrenatam mortaliū luxuriā debitis afficeret pœnis, aut propositis contineret supplicia, morbo quem Gallicum vocamus, Italiam bellorum procellis concussam consecit, qui postea contagione vulgatus est. Quidam Deo cum sit summa bonitas, mala tribui non debere contendunt, proinde gentium colluvione aerem infectum producunt. Hæc originem, nunc causam cognosce, de qua medicorum præstantissimo cuiq; diversa sententia est, ut non possis, quis vero propius accesserit, facile conjicere: quippe quoniam philosophantes pleriq; in Saturni Mariūq; aspectu cum retrograda Venere causam conjiciunt, cuius conjunctionis tanta fuerit malitia, ut non immerito morbum inde processisse sit visus. Fuere qui corruptum cœli tractum sanguinem in atram bilem, convertentem causari faciunt. Nonnulli morbum Gallos, cum per montem Salvium iter facerent, à feminis leprosis per coitum primum contraxisse, eorum postea intemperantia atram bilem pœnitantiq; procurante, memoria prodiderunt. Inde putarunt medicinam pleriq; profuturam malum Elephantia non absimile, qui Cornelii Celsi, Galeni, Pauli, Aeginetæ sententiæ videbantur inniti. Nonnulli melancholicos varos, quos etiam morbillos dicunt, aut malum mortuum dixerunt. Nos vero multis, eisdemq; potentioribus argumentis convincemus, hunc morbum ab Elephantia plurimum distare. Caterum morbillos melancholicos, sive malum mortuum, quis sane mentis dixerit, qui noverit morbum Gallicum sarras nervorum distentiones, juncturarum dolores, osium putrescentium corruptiones, & ulcera sequi malignitatis suprema? Quibus omnibus sane convincitur, nobis accessisse aegritudinem novam.

FRANCISCUS. Agn perplexe mecum, tardiusculus sum, quamobrem cum hæc abs te differi verbosius velim, tum illud imprimis, quod minus est triviale, quibus scilicet signis Medicus ille, qui laborantem sit suscepturus hunc morbum à sanguine, aut à bile, aut à pituita, aut ab atra bile cognoscet procedere, quoniam mihi satius compertum est à quatuor humoribus hunc foveri posse.

ANDREAS. Recte tu quidem Franciscè, & vere: neq; enim ab isto morbo, ni ita esset, ut dixi, tanta contagio, tanta nobis impenderent mala: quoquo te verteris, hæc noxa præsto est, nulla pacto excluditur, semper intempestiva semper molesta est. Verum tibi mos geratur. Nonnullos plerumq; videmus pustulu, & tuberculu exilibus subru-
40
bois totum corpus aspersum gerentes, quibus sub alis & in inguinibus, abscessus corporis turbinati, quadam malignitate subito emerferunt. Quod Galen cum à sanguine, tum à bile fieri credidit his verbis, sexto apb. libr. Sublimiores pustula, atq; tubercula, ab humore calidiore generantur. Hæc ille. Sed is morbus, cum à sanguine foveatur, humoris benignitate levioribus curatur remediis. Sunt qui maculas tantum rubeas in luteum tendentes colorem monstraverint, quibus & in faucibus, & circa pubem, nunc erisypelas, nunc Persicus ignis, & Phibitiasis nova quadam specie se effe-
rant: hi sere biliosi circa frontem dolore conflantur. Pituita vero, & atra bilis signa sunt, dolor in occipite, disten-
tio nervorum, crurum vexatio, liventes & verrucosa suppuraciones, & gypso præterea concretis nodis affecti, nocte ma-
gis quam die torquentur. Vnde non abnuerim, morbum Gallicum à quocunq; foveri humore præsertim cum viderimus omnes species apostematum, cutisq; exulcerationis, & malorum ulcerum, ab expertis chirurgis ejusdemq; doctissimis
50
viri, eorundem monumentis annotata, huic complicari, quibus variis, aut nunquam fortasse remedia monumentis li-
terarum prodita Gallica malignitate contulerunt. Omnia itaq; (ut uno verbo dicam) morborum genera, quæ à me-
dicis describuntur, possunt cum Gallico concurrere: tantum etenim inest virus, ut ubi primum jecur occupaverit, mor-
tales illico in morbos paratos fieri detrudat. Si quod etiam corpus occupaverit, infeceritue, aliqua aegritudine prius
imbutum, in suam malitiam brevi convertit eam, ut scelerum multitudine nobis tam virulentam pestem à diis im-
missam non immerito videar dixisse. Sed nunc quod pollicitus sum. Nonnulli medicina interpretes non continentia
tempestate nostra, pluribus præcorum monumentis innixi, morbum Gallicum esse Elephantiam omnino voluerunt.
Quorum sententiæ non accedentes, dicimus testimonio eorum, qui de Elephantia conscripserint, semper ex ea pedes
egrotantium intumescere. Celsus etenim his verbis utitur: Summa ejus cutis inaequaliter crassa, tenuis, dura mollisq;,
quasi squamis quibusdam exasperatur, corpus emacrescit, pedes intumescunt. Galenus etiam de medicis definitionibus
sic autumat: Elephas est affectus, qui cutem crassam, & inaequalem reddit, tum colorem lividum in albo oculorum
facit, exeduntur pedum, manuumq; summa partes, sanies desluit livida, & male olens. Plin. etiam l. 26. c. 1. naturalis
historia sic: Diximus Elephantiasim ante Pompeii Magni atatem non accidisse in Italia, & ipsam à facie saepe inci-
pientem, in nare primo veluti lenticula, mox invalescente per totum corpus, maculosa, variis coloribus, & inaequa-
li cute, alibi crassa alibi tenuis, dura seu scabie aspera, ad postremum vero nigrescente, & ad ossa carnem apprimente,
intumescensq; digitis in pedibus manibusq; hæc equidem dicta si recte perpendimus, maximum discrimen inter hos
innuunt, cum dicant, quod summa cutis est inaequaliter crassa tenuisq;. Quod morbo Gallico laborantibus, fere non eve-
nit, nam quamvis sint tubercula, pustulae in corpore fere toto, summa tamen cutis equalis apparet. Addit Elephan-
tiam prope nares semper oriri: at Gallicus colem, testiculosq; quam primum infestat. Postremo Elephantiaci maximos
in pedibus patiuntur tumores, sicut etiam pedum, manuumq; partes exeduntur: at in Gallicis secus est.

FRAN-

Omnia
morborum
genera cu
Gallico cõ
currunt.

Morbum
Gallicum
non esse
Elephantia.

FRANCISCUS. Quid tu hac mihi? quasi vero cum imperitissimis rerum omnium sermonem habeas: nam quotiescunque est, qui tibi talia differentiis tacitus assentiatur? Verum ut ad me redeam, quod ex autoritatibus veterum persuadere conaris, aliter esse experientia compertum habeo. Roma dum essem, nonnullos vidi turba praeputium expositos in Aurelio ponte, iuxta molem Hadriani, morbo Gallico male affectos, manibus exesis, naribusque, tum detritis omnibus articulis, in aequali summa cute, quo fit, ut aut hunc morbum Gallicum non fuisse dicas, aut Elephantiam Gallicum morbum fatearis praeter sententiam.

ANDREAS. Noli tam superbe: ne dicam sub absurde, dicentem compellare, cum tu, si recte memoria teneo, superius cum omnibus humoribus conglutinari, ego cum omnibus agnitionibus habere cognationem dixerimus. Quod si cum ita sit, qui fieri potest, ut annuat, Elephantiam pedum potius, quam aliarum corporis partium malum? Quod si superioribus verbis parum credideris, adducam Gal. ad Glauconem l. 2. c. de Cancro, talia dicentem: Sapius cancer ad varices decurrit, & quandoque ad cutim universam expellitur, fitque is morbus, quem Elephantem nominant. Quid igitur obstat, cur non is Gallicus, quos adduxisti, tum humoris admistione melancholici, tum medicorum praeterea negligentia, Elephantia accesserit? Quin etiam Avicenna l. III. sui Canonis, Elephantia, ait, est additio in pedibus secundum modum, qui accidit in venis varicum. Item Rasis in lib. divisionum sic: Elephantia accidit in pede, & crure, ita quod quando confirmatur, non habet curationem. Subsequitur is Avenzoar: Dicitur Elephantia, quia taliter disponuntur pedes, ut assimilentur pedibus vel tibis Elephantis. Causas autem ejusmodi agnitionis paucas VI. Aphor. lib. Comment. 21. aperuit Galenus, cum dicit: Varix autem est, cum vena latiores fiunt in coxis, & cruribus, quod ex crasso, & melancholico humore contingit.

FRANCISCUS. Hoc me iudice nihil ad rem: nam Galenus de varicibus tantum, non de Elephantia loquitur.

ANDREAS. Sat tibi erit audire Avicennam, Gal. interpretem, asserentem l. III. Can. Elephantiam esse in pedibus augmentum secundum modum, qui accidit in venis varicum: quod non aliter a Galeno superius percipi videtur, cum dicit: Fitque is morbus, quem Elephantem nominant. Eiusdem sunt sententiae notiorum plerique, quorum ratio, nes plurius, explicare longum foret. Elephantia igitur cum in cruribus, & pedibus plerumque versetur, & morbus Gallicus cum in pudibundis particulis, tum deinde per totum corpus emergat idem esse non possunt. Non tamen inficias eo, Gallicum morbum Elephantia accedere posse, sicut etiam contra. Nam secundum Galenum Elephantia duae sunt species: cum enim asserit cancerum ad varices decurrere, pedum Elephantiam excitare comprehendit: cum vero ad cutim universam, Elephantiam in toto corpore, quam ab Arabia autores Lepram appellant. Verum cum ab eisdem causis atque humoribus non minus una, quam alia eveniat, de his tecum indifferenter sum locutus: nam de agnitionum nominibus parum curandum censemus (ut Galenus) cum ad rem morborum curandi ratio. Isach enim in suo Viatico: Constantinus ac plerique alii excellentiores unam tantum Lepra speciem Elephantiam dixerunt cum quatuor lepra a quatuor humoribus ingruant. Prima causatur ex sanguine combusto, qua alopecia dicitur. Secunda a pituita corrupta, non absimili Tiri serpentis, a quo nomen accepit, excoarationi. Tertia ex bile combusta sit leonina calidior alii, oris distinctionem terribilem tanquam faciem leonis efficiens. Quarta & ultima ab atra bile, qua cum agrotantium crura ad Elephantum speciem tumeant, Elephantia dicitur. Quibus liquido patet, Elephantia duas esse species, agnitionem scilicet pedum peculiarem, tum etiam Lepram, de qua Plinius & Celsus dixerunt: quia cum ista complicantur, maculae per totum corpus, ossa corrumpuntur, & articuli decidunt. Ideoque bene Galenus: Exeduntur ex ea manuum, pedumque summae partes. Quamobrem liquido patet, cum unaquaque, Elephantia, manuum, pedumque tumorem, articulorumque casum complicari ac alteram in cruribus & pedibus, alteram prope naves oriri. Non igitur recte morbum Gallicum Elephantiam dixerimus.

FRANCISCUS. Cogor autoritatibus, rationibusque, quas attulisti mihi, omnino assentiri: Quo fit ut te facile patiar isto modo differentem.

ANDREAS. At qui res maxima agitur, qua pluribus indigeat autoritatibus: neque mihi tantum tecum esse sermonem iudico: volo igitur ut sese efferant ii sermones nostri: quamobrem me pluribus ratiocinantem feras. Nunc ut ad rem redeam, Rasis libro divisionum: Quando ait cum Elephantia magnificantur eminentia, non recipit curationem. Item Almansoris nono: Hac passio postquam inveterata fuerit, ad sanitatem omnino redigi non potest. Cui assit pulatur Avicenna, inquiens Elephantiam malignam esse, qua parum sanescit, & oportet, ut limitatur cum dispositione sua. Quibus omnibus cum sit comprobatur, inveteratum Elephantiacum nullis medicamentis sanescere, liquido patet Gallicum ab hoc plurimum discrepare, utpote qui tam vetus, quam recens a nobis recte curetur. FRAN. Confundis me iudice, orationem, neque possum recte conicere, an de Elephantia Arabum, an Graecorum loquaris. ANDR. De utraque profecto mihi Franciscus loquor: neque Arabum, neque Graecorum morbum Gallicum esse Elephantiam puto. FRAN. Cur igitur Gal. l. II. de simpl. medicina, Cap. de carne, quem Elephantia jam dudum torserat haustu vini, in quo forte fortuna vipera quadam vitam cum morte commutaverat, diebus canicula curatum fuisse memoria prodidit, cum tu inveteratum Elephantiacum nullis medicamentis sanescere contendas? ANDR. Hoc totum nihil ad me: quippe quod asserit, prodigii loco habetur. Nam Gal. idem l. 2. ad Glauconem videtur aliter sentire, cum dicit: Viperas etiam decoctas ex oleo, sale aspersas modico perinde ac anguillas in cibum recte dabis: quia morbi initio omnia tentabis: quippe inveteratam Elephantiam, radicibusque innixam, reprimes potius, quam curabis. Iterum VI. Aphor. Comment. 47. inquit, in altero Elephantem inchoantem, primo per Venae sectionem, & purgationem se curasse, & singulis deinde annis hunc purgasse unatantum purgatione, qua tamen omnia statim morbum redivivum fuisse. Nos autem plerisque a morbo Gallico, tum recenter contracto, tum cum malis perniciosissimis, accidentibus inveterato curavimus, qui postquam convalescerent, purgativam potionem nunquam acceperunt, & ista tamen nequaquam morbi accidens aliquod redivivum fuit. Quo argumento istorum morborum differentia aperte convincitur: Nec hoc tantum dixisse sufficit: alia est addenda ratio. Galeni autoritate nixa, qui lib. de tumoribus asserit, Elephantiam a melancholico sanguine, & atram bilem temporis intervallo converti, cujus os fortidum argumentum fuerit, & horribilitas in vultu. Morbus igitur Gallicus cum a quocunque humore defluat, & Elephantia sit tantum sanguinis melancholici, longe ab eo diversa comprobatur. Et quoniam praemisimus medicorum multorum sententia, morbum quem Gallicum dicunt, cum pituita & atra bile tantum habere consortia: propterea multi ab ejusmodi morbo non emergunt: quippe quoniam sanguineus humor aliter quam biliosus curatur, & discrepat in curatione pituita ab atra bile, ut inferius docebitur. Nam si biliosum & melancholicum isdem medicamentis, quibus sanguineum & quem pituita male habet curaveris, aggressi fuerimus, magis mortem quam valetudinem promittemus. Quod nonnullorum Empiricorum uno phar-maco omnes homines curantium inscitia, siue dementia potius deprehenditur, teste Galeno, qui primo Aphorismorum sic

Morbum
Gallicum
cum sola pi-
ritia non
complicari.

sic ait: Quod si aliorum humorum fiat evacuatio, & non eorum qui corpora nostra molestant, contrarium evenit, neque enim confert, & graviter ferunt. Quamobrem morborum causas altius investigandas recte patet. Quod asserit idem Gal. 1. Aphor. libro: Morbos ait imprimis maxima diligentia indagandos, quoniam si recte conijciantur, qua sit adhibenda proprie medela facile conijciemus. FRAN. Bene sane & ex sententia dixisti: quo sit, ut non posim istorum non detestari iudicium, qui nunquam se satis evasisse vim morbi ducunt, nisi in Empiricorum manus inciderint, qui nullo discrimine aetate, habitudinis, sexus, eodem medicamento mortales curant, sive potius urunt. ANDR. Quod minit, eris non est absurdum: nam & ejusmodi hominum genus, ea promittunt se prastaturos, qua unquam ne somniarunt quidem, nedum prastiterint, paucis pecuniis conducti. Est etenim tanta morbi malitia, graveo, entia, contagiosa vis, ut non injuria medici, quorum existimationem plurimi faciunt, id empiricis condonent, id est, conforibus, Judaeis & circumforaneis pharmacopoliis, nihil omnino purgationis agnoscentibus, prater unam colocyntidem, quam ut filiolam semper amplexantur. Sed ad propositum revertamur. Memoria teneo nonnullos me legisse, qui morbum Gallicum pituita tantum dixerint complicari, id est, astruere non dubitarunt hoc argumento: Hominem quandam defunctum membratim incidere, cujus juncturis magna vis pituitae suberat. Quod quamvis dederim fuisse, nihil est tamen, nam praemissum, cum quovis humorum Gallicum morbum conglutinari. Huic igitur cum multa laborasset pituita vivens, qua suapte natura ad juncturas semper defluit, mortuo id evenisse non est mirum. Nam Gal. VI. Aphor. Semper, inquit, in articulis compagibusque humor pituitosus acervatur, quem mucronem appellant. Quod si dixissent, ex viginti incisus eodem morbo confectis haec omnibus apparuisse signa, satis apud me ponderis haberet. At ego dum essem Roma a Sancti spiritus diversorio curationi agrotantium conductus, mecumque esset Bernardinus Hispanus, Bartholomaeusque, quem novimus, ad Xenodochium incurabilium sancti Jacobi sapienter accessimus, ubi multos morbo Gallico jam defunctos articulatim obtruncavimus, ex quibus plerosque, nulla penitus inventa pituita deprehendimus. Sed ut procedat oratio, sub idem fere tempus ligno, quod Iudicum dicunt, iis prudentiores medici temere medebantur: quod meo iudicio, experientia magis quam ratione procedebat. Nam lignum, ut inferius explanabimus, biliosis & melancholicis minime competit, cum sanguineis & phlegmaticis maxime conveniat, Gal. VI. Aphor. sic dicente: Carnes habentibus humiditas faemem adhibere convenit, fames enim exiccat corpora. Unde nec audiendi sunt a Germania medici, qui morborum generibus fere cunctis, hoc ex aqua decocto medentur. Nam apud Germanos apprimere ventri deditos, plerumque, quod hoc cura genus successerit, non est mirum, cum cunctis eorum morbi fere ventris indulgentia eveniant. Verum quod superius videamus. Hunc morbum aetate patrum, sicut diximus, irrepsisse constat: nec miremur, cum sepe alias in aliis morbis idem usu evenierit. Nam Plin. 26. hist. natur. Cap. 1. sensit, inquit, & facies hominum novos, omnique, a quo priore incognitos non Italia modo, verum & fere universa Europa morbos, tunc quoque, nec tota Italia, nec per Illyricum, Galliasque, aut Hispanias magnopere vagatos. Celsus etiam saepe ait incidere genera morborum, quorum causa & natura ignorantur. Caterum fons hujusce mali ab hepate est, namque, cum eo gradatim ascenderit, omnes inficit humores, sed magis atrum bilem, & pituitam. Quod cum ita sit, nunc nomen ejus unde primum defluerit, differamus.

FRANCISCUS. Istud abs te tacitus desiderabam. Nam quamvis quapiam supra dixeris, pluribus tamen verbis sigillatim nomen explicandum videtur, ut cum vigilantia in patrum mirificam cognoverimus, qui nobis industria summa comparaverint hoc malum, quo nomine appellaverint etiam non nesciamus.

ANDREAS. Focaris tu quidem: sed mehercule extra jocos hoc unum scias, ante Caroli Francorum regis adventum, nec morbum novisse Italiam, nec nomen audivisse: tunc primum Gallorum intemperantia victorumque, teneritate conjuncta superbia, sacra prophana juxta habentium, hic morbus invasit: praesertimque, cum per Campaniam populabundi vagarentur: nam (ut nosti a Sallustio dictum) victoria non saltem insolentes effert, verum etiam sapientiores corrumpit. At eorum furor, recordaque, processit eo, ut non ab intactis, non a religiosis, non ab insectis injuria vim abstinerent, sanae insectaque, mulierculae juxta habebantur, nihil sibi officere posse ducentes: quae est ejus gentis mira superbia, innataque, vanitas. Forte fortuna dum mechantur inciderunt in quasdam morbo confectas contagioso, quem (ut par erat) contrabentes, nec a meretricibus abstinentes tum in deterius prolabebantur tum sanas, quod deterius, inficiebant: inde vulgari morbus capit, ut veluti continens incendium provincias totius orbis momento temporis invaserit. A Gallis igitur quoniam primum emergerat, dici Gallicum jure non morbus ab omnibus est coeptus, praterquam, quod Galli nomen hoc patriae infame non agnoscentes, Parthenopium a loco dixerunt. Porro quocumque, nomine appelleretur, coitu imprimis, & unius lecti consortio contagiosus, primum pene viris inficit colem, scrotum, & inguina infestat. Os autem vulva feminarum quibusdam crustis, & exulceratione, statim corrumpit, ex quo gravis odor, & pus virulentum maxime, defluit, ut nares sint propius accedentibus non immerito continendae. Nam sunt qui crediderint contrahi noxam non solum coitu, ac lectuli consortio, verum etiam solo odore. Quibus refragatur Nicolaus Massa, nulla aliquando contagione Gallicum fieri ducens, sed evenire ex affectis humoribus, aliisque, Causis nonnullis, ut febres, ceteraque, agitudines indies eveniunt: unde non immerito sibi videtur, quo magis suam astruat sententiam, exempla puerorum non lactentium, quos ipse curaverat, ne totum hoc scilicet lacti infecto ascribatur, apposuisse. Addidit etiam plerosque, hoc morbo affectos, quorum colem & scrotum neque, pustulae, neque, exulcerationes unquam aggressae sunt. Quam sententiam nos improbanter, asserimus duplici de causa fieri potuisse, tum quod materia non mordax primo jectur occulte serpens invaserit, inde diffusa totum corpus sevis accidentibus corripuerit parva temporis intercapedine: nam ex subagitatione verendorum pori laxantur, & commode ingrediens inde virus hepar occupat, ut Conciliatori disse, 177. de lepra differenti placuit: tum vero fieri potuisset, ut osculo, complexuque, dum venerem exercebant, adherentes, haud difficulter inficerentur. Nam mirum non est ex anhelitu posse quempiam noxam contrahere, si Plinio credimus, qui lib. 26. cap. 1. sic scribit de morbo lichenas appellare graco nomine: latine, quoniam a mento fere oriebatur, joculari rimum lascivia, ut est procax natura multorum in alienis miseris, mox & usurpato vocabulo Mentagram, occupantem in multis totos utique, vultus, oculos tantum immunibus, descendentes vero & in colla pectusque, ac manus, fœda cutis fursure. Non fuerat haec lues apud majores patresque, nostros, & primum Tib. Claud. Caesaris principatu medio irrepsit in Italia, quodam Persino equite Romano quaestorio scriba, cum in Asia apparuisset, inde contagionem ejus importante. Nec sensere id malum feminae, aut servitia, plebesque, humiles, & media, sed procures velociter transitu osculi. Id si quis dederit paucis osculis fieri potuisse, tanto magis continuo complexu, jugique, osculo dabit. Nam & pueros familiariter cognati deosculantur, ulnis gestant, secum habent: inde tenelli delicatique, tum pituita multa imbuti, contagioni sunt obnoxii. Consentaneum fuerit igitur morbum Gallicum sola contagione per mortales grassari. Nam Astronomorum apud me jamdudum est explosa sententia, qui constellationibus, hoc totum tribuunt: quippe quoniam si vera

De morbi
Gallici con-
tagione.

vera

vera dicerent, cum magis atq; magis indies invaleſcat hoc malum, neceſſe eſſet quoq; quotidie ſere eoſdem fieri ſtellarum concurſus, quod quam conſentaneum ſit, ipſi viderint. Certe ſanctiſſimus ille vir Damascenus, quo cum libentius erraverim, quam cum iis vera dixerim, in Aphoriſm. ſic contra Mathematicorum ſententiam ſuperius enarratam reſtat: Nulla res ſub coeleſti globo, vel circulo poſita, quocunq; gradu mutetur circulus, ultra revocatur in aeternum ad illud qualitatis, & quantitatis, in quo fuerit in ipſo circuli motu. Hæc ille. FRAN. Vere meo iudicio nonnulli morbum Gallicum non eſſe ægritudinem novam aſſerentes, a veritate via penitus diverſiterant. Nam diebus elapſis, Aggregator cujuſdam Lugdunenſis de Medica materia opus ad manus meas devenit, quod dum lego, quadam de morbo Gallico oculis meis ſeſe offerunt. Quamobrem novi aliquid ad diſcere deſiderans, quod de re ipſa ibi ſcriptum invenit, diligenter excerpti. Omnib; igitur deinde perſcrutatus, maxime aberrare mihi videbatur: nam & morbum Gallicum
10 appellare Mentagram auſus eſt eadem Plin. aut oritate, quam tu contra Maſſam adduxiſti. Nam ſi Mentagra (quod morbi genus Græci lichenas appellant) ſarinas, ſervos, plebemq; humilem, ac mediam non invaſit, verum proceres tantū veloci tranſitu oſculi, Aggregator ipſe viderit, quomodo rectius dicatur Gallicus. Nam tempeſtate noſtra, nullus immunibus relictus, per mortales graſſatur. ANDR. Ingenue tu quidem, quamvis etiam alia ratione ejus opinio conſutari poſſit. Præmiſimus enim, Gallicum ſæpius in verendorum particulis oriri, at lichen quoniam mentum invaſerat, Mentagra nomen ſibi vendicaverat. FRAN. Laurentium quendam Phriſium diebus iſtis oſſendi, qui Auguſto menſe præterito, de morbo Gallico ſuum opusculum omnibus aperuit: quo ſere tantum ſyderum aſpectibus morbum eveniſſe fatetur, ac deinde digeſtius, ſolutiusq; pharmaci non omiſis, linimenti argento vivo carentibus iſtum pellere morbum atteltatur: quod quidem perpulchrum videtur, cum omnes ſer Medici Mercurium invehant. ANDR. Hic etenim, quem aſſers, penitus ignorantia reſertus dici par eſt, nec una tantum veritas ab eo elici poteſt. Nam ea qua ſcripſit,
20 potius ſomnia, quam experta dici poſſunt. Putat enim ſus linimenti Gallicum morbum ſugare, quo nil eſt deterius, quibus quidem pene lenis ſcabie curari poterit. Semel ejus tantum perlegi librum, qui mihi poſtmodum tantam nauſeam evocavit, ut ipſum è domo noſtra perpetuo exulare decreverim. Quod ſuper eſt, ſicut arbores plerunq; ſolent i. vere frondeſcere, variuſq; ſtorum generibus ornari, ita diverſicoloribus puſtulis humanum corpus ſedabatur: quaſi medicorum cura pervigil expulerat, denuo nihilominus repullulabant, ſine certo temporis intervallo continuis ulceribus diffundebantur, aut glandulas ſtantes, & tubera ex ſe gignebant, aut oſſa penetrantes vitabant: quanquam ſine hiſ etiam ſuperiora nonnunquam fiebant. Multi, quos morbus male habebat, noctu magis quam interdum intolerabili frontis dolore, nervorum, compagumq; ac tibiærum diſtentione torquebantur. Nunc omnia ſe mitius habent, tum quod non ita morbus ſit noxiuſ, tum quod jam a medicis vera monſtrantur huic excogitata remedia. Nam, ut in aphoriſm. Damascenus, ex mutatione ſtellarum in longitudinem vitia & conſuetudines mutantur. FRAN. Satis qua abs te primo loco perieram, explicavi. Super eſt, ut de medicinis ejus agamus. Attentum interea auditorem me præſtabo. AND.
30 Fiat ut vis. Jam dudum morbum Gallicum ex quatuor humorum oriri aliquo tenes: aut enim in ſanguine, aut bile verſatur, aut pituita, aut cum atrabile commiſcet. Quæ quatuor, quanquam inter ſe colligata, atq; implicita ſint genera, tamen ex ſingulis certa medicamentorum ſpecies naſcuntur. Hæc omnia ſigillatim cum decrevimus agere, latius declarabimus: tamen videtur altius quadam prius repetere conſentaneum.

Diviſio Medicinæ.

Dividitur Medicina in tres partes, cujuſ prima *diætiæ*, ſecunda *pharmacopœiæ*, tertia *chirurgiæ*, à Græcis recte dicitur, ſecundum Celſum, ex Dioſcori, Criſti, Praxagoræ, Herophili, Chryſippi, ſententia, ut eſſet qua victu, qua medicamentis, qua manu mederetur. Hæc in huiusmodi curatione nobis omnia neceſſaria ſunt. Nam nequaquam meo quidem iudicio, recte curatur is qui maxima abſtinentia, longioribus medicamentis & ſolerti manu
40 cura morbo non oppugnaverit, quoniam vix ſupra dicta ſufficiunt. Sed quoniam quadrifariam, id eſt, per quatuor humores hunc diviſimus, ſigillatim medicinas in applicabimus.

De morbo Gallico ſanguineo.

Morbus itaq; Gallicus cruori admixtus ſine compaginum dolore, plerunq; exulceratus pudendis, abſceſſus corporis, qua Græci apoſtemata dicunt, interdum in dextro, nonnunquam in ſiniſtro inguine, aliquando utriq; gignit: qui rubentes calidiq; & nonnihil intumeſcentes, continuam febrem ſæpius gignunt. Nonnunquam per totum ſere corpus, circa collum poſitiſſimum, frontemve, puſtula ſubtimida rubeo colore ſubſuſa ſolent emergere, oculi rubent, venæ intenduntur, præter conſuetudinem dulceſcit os, cætera membra torpent, à nona noctis ad tertiam diei horam malum ingreſſeſcit, arteria ſive pulſus concitatus moventur, urina vero ſubruffa admodum ſpiſſa deprehenditur: præſertimq; conſiderabis ætatem, corporis habitudinem, regionis tractum, animi tempeſtatem, præcedentem victum,
50 & iſtæ ſimilia. Quæ ſi ſanguinis dominium præ ſe tulerint, ſpes certior. Enimvero cum morbum miſceri cum ſanguine cognoverimus, triplici via curationi inſiſtemus, quippe diæta, potioneq; non omiſſa, perunctiones, ſuffitusq; primo loco tentabimus. Ligno vero ab Indis accerſito, quod Guajacum dicimus, deinde: poſtremo aqua noſtra philoſophica curationem perficimus, qui tamen modus medendi verbosus infra patebit, nunc alias curationes explanabimus. FRAN. Hoc abs te expeto. ANDR. Tacitus omnia citius audies. Aer primum omnium ſit frigidus & ſiccus, hunc roſacea, *Victus ratio*
plantaginis acetoſa aquis, aceto commixtis, ſuffitu præterea ſandalorum, camphoræ, myrtillorum, roſarumq; ſalubriorem reddes. Cibis ſit boni ſucci, id eſt, ex obſoniis bonum procreantibus, malum vero ſanguinem puriorem ſacientibus. Simila panis fermentatus, ſale cõditus, diligenter in clibano coſtus. Carnes vitulinaſ affectus edat: hædos non aſpernetur: pullos deniq; Gallinaceos appetat: aucupii omne genus ex montibus, prætiſ, & ſylvis petiturum, præter coturnices, quibus (ſi Plinio credimus) ex veneno ſumitur cibus. Horum carnes tum aſſas, tum elixas, prout ejus appetit ſtomachus, recte dabis conditas amygdalis, medulla panis, acrig; vino. Ordei cremore, alica, tum pane intrito ex aqua vel carniū jure fruatur. Iis adjici poteſt lac amygdalinum, aqua ex ordeo, ſuccoq; malorum aureorum, qua hodie Arancia dicimus, ſive vino acri conſectum. Quandoq; piſces huic etiam conferunt parvi, ſaxatiles, ſabuloſi, ex aceto elixi. Trunculi etiam, cum petiolis hædorum, vitulorumq;, ex vino puniceorum malorum, & puſca decocti, congelatiq;, ut provocetur appetitus, recte dantur. Ex oleribus ſpinacia, borago, lactuca intybus, lupulus, cicorea, ſcariola, acetofa, portulocæ, cucurbita etiam ex vino acri, vel ſucco arantiorum condita. Legumina, vero lac, lacte conſecta, bulborum omne genus, & obſonia pipere aſperſa, ut piper linguam adurentia, vitanda ſunt omnia. Fructus ſerme omnes fugiat, præter prima damascena. Pyra etiā & poma decocta, tollenda nauſea gratia ſaccharo aſperſa in cibum itidens non negaverim. Conferunt tamen cydonia pruni roſta, quippe qua & ſtomachi exhalationes prohibeant, & concoctio-
nem

non adjuvent. Quod si ager sine febre fuerit ova sorbilia ex aqua decocta cortice libera, cum acri succo dabis. Evenit
plerumque, ut affectus oris exulceratione non mediocri cibum conficere non possit: huic pullorum gallinaceorum intri-
tum, medulla panis: addita, lac amygdalinum, & jus carnum imbecillarum, ex cyatho propinabis. Potio sit vinum
album, sive rubeum, lene, decocta aqua dilutum, sive berberorum, sive punicorum malorum succus. Quod si post hanc
fieri male torquetur: ℞. tamarindorum, prunorum damascenorum, sebesten. ordeï, florum lupulorum, sem. quatuor
frigidorum majorum, singulorum unciam florum violarum manipulum. Hec omnia in aqua libris 10 coquantur ad
quartam, post hac exprimantur, expressionisq; succi citri, vini granatorum, vini herbariorum singulorum unc. j. s. ad-
dantur, & fiat cum saccharo potio longa. At si patientis innuat, quæ consecrit stomacho, tunc is illiniatur oleo cy-
doniorum malorum, nardino, ac etiam mastichino. Sex horis, aut ad summum septem, per noctem dormiat. Die vero,
si fieri potest, somno abstineat. Pilaludus ante prandium per horam hunc exerceat: deambulatio sit concitior usq; 10
ad sudorem, quippe quoniam curationi morbi Gallici exercitatio plurimum confert. Bis die cibum capiat à prandio
septem horarum decurso spacio, exiliior sit cæna. Pro virili tristitiam expuat egrotus, & lætitiâ complectatur, FRAN.
Quid tandem causa esse dicam, quamobrem medic. pondera, etiam juxta præscripta antiquorum, præsertimq; Cor-
nelii Celsi quem semper in manib. habes, quem t. antopere miraris, & pro viribus amularis alioqui, non dirigas? AND.
Quasi vero è media suburra sermones nostros expectes: non est ita. Hæc enim quamvis tecum agam. Consentini ta-
men & Brutii Luciliano more arbitramur eloqui, Pingui igitur (ut ajunt) Minerva: cum præsertim si volueris nimis
obscure, quæ tu requiris, denuo in lucem proferre, mira non obscuritates modo sed tenebræ etiam sint secutura. Nam
quibus valgo medici nominibus iis componendis utuntur, & nos uti quis vetat? Sed nos ad propositum, is ita se habent-
ibus, urina si erit admixtione biliosa, non admodum spissa, ante venæ incisionem, accipiat pro alvi lenitione floris cas-
siae trachmas 10, sive electuarii lenitivi tantundem: si fuerit spissior, & subrussa, violarum, maluarum, bei, a, mercuri- 20
alis, singulorum accipiat manipulus, & ex aqua tribus libris omnia decoquantur, & per clysterem insundantur,
quibus additæ prius fuerint cassiæ cribratæ drach. 10. olei violacei unc. ij. sacchari rubei unc. iola, oviq; vitellus. Clystere
dein tere idito, ex venâ hepatis quantum sufficit sanguinis extrahatur. FRAN. Quæso me interpellantem sustineas,
quippe nunquam satis attendi, quis modus sit mittendo sanguini, quis cruor sincerus, qui infectus. Nam si Cornelio
credimus, crassus & niger vitiosus, pellucens autem & rubens est integer: idemq; præcipit tandem sanguinem
mittendum, quoad pellucere incipiat: Sed veteror ut nostrorum corporum imbecillitas ferre possit: quamobrem
hæc abs te differi latius velim. ANDR. Mos geratur. Recte quidem Cornelius Celsus: nam si fuerit niger sanguis & cras-
sus donec colorem immutaverit, recte mittetur. Quod si diutius idem perseveraverit, supprimendum est, ne patientis de-
ficiat anima. Nam dicit hæc Averrois vij. colliger, cap. de cura synocha: Ars imitatur naturam, sed ipsa nunquam in
laudabili crisi usq; ad syncopen evacuat. Propterea clinicus chirurgus mittendo sanguini semper assistat, ne hæsitatio- 30
ne timidus demittentis scalpellum fiat, ut summa cute tantum lacerata exiliat sanguis subtilior, subsidatq; crassior.
Ad hæc illud accedit, quod si pelluceat, eâ statim supprimendum, etiam præter quod jussit absens medicus. Nam ope-
rarii chirurgi non recte agunt, qui à mandatis ne transversum quidem unguem nunquam audent aberrare, sua igno-
rantia haud sanguinem agnoscentes. Nam Hippocratem ij. quidem non attendunt primo Aphor. dicentem: Et vas-
orum inanitis si talis fiat, qualis fieri debet, & confert, & bene tolerant: sin minus, contra. Hinc deterior habitudo, me-
dicorum dedecus, & egrotantium mors. Si vero atas, & vis corporis, ejusmodi venarum incisionem tergiversantur, cu-
curbitulas (cute prius incisa) scapulis & clunibus admovebimus. Cæterum, ut materia digeratur, quæ plerumq; san-
guis putrescit, hic syrupus recte septies propinetur qui conficitur ex rheubarbari electi drach. ij. florum violarum, bo-
raginis, buglossæ capillorum Veneris, lupulorum, radicum intybi, singulorum manipulo, ordeï semuncia, seminum
com. frigid. minorum, sing. drach. ij. tamarindorum, prunorum, sebesten, singulorum drach. vj. Contundantur sic omnia 40
leviter, macerenturq; ex aqua fumiterre, lupulorum, & intybi, triduum deinde bulliant ad decoctionem quartæ par-
tis, tum colentur, & prælo diligenter exprimantur: cremori sacchari quantum sufficit addatur, postea defæcentur, &
fiant syrupi septem, qui plurimū jecitori conferunt. Quod si impendio voluerimus parcere ℞. syrupi de cicorea com-
positi, de sumoterra, rosati, singulorum unc. ij. s. aquarum lupulorum, intybi, fumiterre, singulorum unc. v. & fiant
syrupi septem. Qui etiam sic fieri possunt ℞. syrupi de succo citri, de lupulis de sumoterra, de succo intybi, singulorum
unc. ij. aquarum portulacæ intybi, lupulorum, violarum singulorum unc. v. Digesti materia hoc potu secutus evacuari
poterit. ℞. electuarij lenitivi drach. ij. de succo rosarum, psyllio, singulorum drach. ij. syrupi rosati solutivi unc. j. s. &
cum decocto florum, & fructuum cordialium fiat potus. Vel sic ℞. Manna electa unc. ij. dissolvitur ex decocto florum
& fructuum cordialium & indantur diacatholiconis drach. ij. s. electuarij rosati Mes. drach. ij. syrupi de cicorea com-
positi unc. iola, & fiat potus. Vel sic ℞. Rheubarbari electi drach. ij. spicæ nardi dimidium scrupuli, nocte una maceren- 50
tur ex aqua lupulorum & intyborum, accedatq; pauxillum vini aromatici albi: deinde facta vehementi expressioni
manne mastichina unc. ij. s. addatur: diacatholiconis præterea, electuarij de sebesten sol. sing. drach. de psyllio drach. j.
syrupi violati unc. ij. & fiat potus. Aegro sic perpurgado cucurbitula, quæ sanguinem inter cutem exhauriant, ferro
prius scarificata cute conveniunt: juxta illud Gal. c. de hirudinum curatione, & cucurbitulæ: Eæ, inquit, purgatis
prius corporibus utiles quidem, sed in repletis (quæ plethorica Græci vocant) prætermittendæ sunt: debent itaq; sca-
pulis apponi utrinq; prope spinam, natibus, & fœminibus. Postremo die cubiculo se contineat ager. FRAN. Quid tu?
Quantum video, aegro pro aegrotis pro libidine uteris: quod si resciverit Grammaticorum turba, tanquam Judæi co-
gent te in verba sua jurare: namq; præcipiunt ac jubent, aegrotum corpore affectum dici debere: aegrum vero cujus ani-
mus sit perturbatus. ANDR. Quasi tu sis ex Grammaticis unus, ita videris eorum partes suscipere. Quod si mihi stom-
achum feceris, adducam vel sexcenta in te poetarum testimonia: quibus si minus credideris, Ciceronem citabo, quid 60
hoc? cr. tibi cum imparatus rem esse? Sed uno ero contentus, ne tibi multitudine verborum sim molestior. Virg. l. III.
Aeneid. Aut agra trabebantur corpora. Quem testem si tanquam poetam repudiaveris, Cic. in familiaribus ad Patrum:
Statui ne aegro tibi quidem parcere. cum is scilicet Patrus Podagra laborasset. FRAN. Perge qua capisti. ANDR. Quie-
scat igitur ager in lecto. Lectus, quo cubat, eodem sufficit, quem superius exposuimus, foveatur, semelq; vel bis ad sum-
mum quotidie pro viribus isto linimento ribia, dorsum, & brachia inungantur. Recipe unguenti rosacei, Mes. unguen-
ti triapharmaci in mortario plumbi ex oleo, & aceto rosato subacti, singulorum libram mercurii extincti unc. vj. sub-
limati drach. ij. compharæ drach. s. & fiat in mortario linimentum. Sive, Recipe adipis porcini, butyri recentis, sing. l.
liquefiant omnia lento igne, ex aceto postmodum & aqua rosarum tum plantaginis, spathula lignea unius horæ mo-
mento subagitentur. Deinde ejectis aquis, & aceto, addantur unguenti triapharmaci (ebullito prius lithargyro ex
aceto) unc. vj. unguenti sandalini unc. vj. unguenti sandalini unc. ij. mercurii extincti unc. vij. camphoræ s. i. p. &
fiat

fiat unctio. Quam si efficaciorē volueris, sic efficies. Recipe unguenti rosacei Mes. libra pondo, butyri recentis unc. vii. unguenti triapharmaci superioris unc. iij. sandalini unc. ij. saponis nigri unc. ij. olei amygdalini dulc. unc. ij. mercurii extincti unc. vii. sublimati drach. ij. succi brasicarum, scabiosa, sumterra, singulorum drach. iij. & conficiatur in mortario linimentum. Porro haud sis inficiens, patientem tantisper superioribus unctionibus inungi debere, quoad putaverimus omnino materiam consumptam. Quod cum ita sit, dierum numero diffinire qui possumus? Signa tamen certissima dabimus, quibus certo scias, allinitum satis: cum dentes dolent, os exulceratur, lingua intumescit, dolores medicamenti cedunt, distentio nervorum desit, & totum corpus lassatur, satis illinivimus: quibus perceptis, cibo superius dicto, potusq. liberalius affectum fovebimus, quod tamen ad peritiorum medici assistentis sententiam rejicio. In-
 10 terea si cor egri deficere videbitur, hoc remedio obviam ibis. ℞. Aqua rosacea, violacea, buglossa, boraginis, acetosa, mellea, sing. ℥. aceti rosati, vini malorum puniceorum singul. ℥. ℥. pulvis cordialis temperati ℥. croci ℥. & fiat Cata-
 plasma cordi applicandum. Sed evenit ex huiusmodi unctionibus, propter humorem qui ex toto corpore ad os redun-
 dat, ut fauces exasperentur guttur, exulceretur, & gingiva male habeant, tamen si sanguineus minus id fiat. Primit
 igitur diebus id diligenter per os ejiciatur: nam si malignitatem peccantis materiae retinuerit ager, nunquam sane-
 scet. Colluat ergo os aqua ex ordeo, melle rosaceo admixto, sive aqua odoracea, & diamorone, sive aqua intybi, & sy-
 rupo rosaceo. Sed si dolor cum rubore, & inflammatione non mediocri circa guttur agrum male torserit, lacte caprino,
 in quo ex igne candens chalybs defervuerit, fiat gargarisatio: nam mirifice dolorem sedat, ac incendium extinguit.
 A septima die syrupo rosaceo cum aqua plantaginis, lactucaeq. totum os foveat. Mundabimus, & ad cicatricem per-
 ducemus exulcerationes, ex aqua plantaginis, admixto melle rosaceo, & alumine. Postremo poteris idem perficere gar-
 garisatione tali. ℞. Aqua fabrilis ℥. vii. plantaginis, vini cydoniorum malorum, sing. ℥. ij. balanstiarum, myrti-
 20 lorum, sumach, rosarum, sing. manip. caudae equinae, manip. ij. aluminis ℥. & bulliant haec ad tertie partis consumptio-
 nem, post colentur, & addantur diamoroni, mellis rosacei, singul. ℥. ij. & fiat gargarisatio. Quibus remediis si morbi
 malignitas nequaquam parebit, scapulis & natibus, incisa cute, per cucurbitulas materiam divertes, quin etiam si
 necesse compulerit, ex vena capitis, sive brachii, protinus sanguis mittatur. FRANC. Bene sane, & ex usu agro-
 tantium gargarisationes addidisti, quibus exulceratum guttur & os sanesceret. Empiricorum etenim turba, cum sibi
 traditum perunxerint, faucibus illico morbos emergentes, nullis medicamentis discutunt: quorum infestitia plerumq.
 event, ut momento temporis edentuli penitus fiant. ANDR. Hoc nobile est: vidimus enim multos edentulos, insuper
 lintericis, dysentericis passionibus miris jugiter male torquent, quibus etiam succubuerint: quamvis non negaverimus,
 hac si in corpore athletico fiant, corrigi statim recte non debere, inde enim saepe sequitur perfecta salus in validis: at
 exiliori cibo valentes saepius unoquoq. die recte dabis, vinumq. rubeum dilutum fabrilis aqua propinabis, stomachum
 30 & alvum oleo cotonei mali, rosaceo, myrtillo, nardino, spinamq. hircino cervinoque adipe perunges: lac praterea cha-
 lybeatum, sive jus capitis vervecini, addito melle, & oleo rosaceo, adipeq. hircino per clysterem infundes. Quod si casus
 ejusmodi desperationi proximus fuerit, Athanasiam vel Philonium affectus bibat. Somni praterea difficultas vim ma-
 xime deprimit. Sic igitur affectus, ex semine papaveris contrito lactucaq. aqua cremorem in potum recte dabis. Accedet
 temporibus & brachii spongia, ex collurio ejusmodi. ℞. Vini cretici cyathum medium succi hyoscyami ℥. ij. croci eli-
 sci ℥. quae subigantur in unum corpus omnia: rectius tamen ex eo spongiam naribus apposueris. Ceterum donec labo-
 raverit, nec calcitras, nec vestes in quibus cubuerit unquam mutaveris. At si nihil venter excreverit, per clysteres leni-
 tivos alvus ducatur. In pristinam sanitatem redactus ager, hac lotionem calida totum sibi corpus lavet. ℞. Vini albi odo-
 riferi ℥. x. lixivii ℥. v. rosarum, myrtillae, anemillae, florum salicis, sing. m. ij. quae decoquantur ad tertiam. Deinde stri-
 gilibus puris bene siccatis, per illam diem conquiescere jubebis. Eadem gallinaceus pullus, & carnibus boni succi, vires
 40 pristinas parvo temporis intervallo revocabis. Solet plerumq. medendi genus hoc, morbum Gallicum non solum recentem
 contractum verum etiam inveteratum discutere. Sed quoniam nonnunquam ulcera putrida, excisa, carcinomati
 proxima, quaeq. serpunt more phthiriasis, morbum Gal. sequuntur, cum eo etiam ut ossa vitientur, manus operam ma-
 le affectus desiderat, sine qua frustra remedia omnia tentabimus. Quam ne desideres, multum in calce trahabimus.

De bilioso morbo Gallico.

Am satis de morbo Gallico sanguinea qualitas dictum puto, reliquum est, ut agamus de bilioso, qui cum pudenda
 enjussam invaserit, ulcere statim virulento serpenti, cartoso, cum rubore & inflammatione non mediocri debac-
 catur. Puscula se exterius ingerentes, citreum colorem referunt. Pus fertur ex his scetidum, admixta sanie citrina, vi-
 rulentaq. Accedit pruritus, dolorq. qui non mediocriter affectum pungit. Frons a dextro tempore, magis quam sini-
 stro atrox potissimum ad nonam diei horam, summo tenetur dolore. Guttur ut plurimum tumet erysipelate. Non-
 50 nunquam vero is morbo in phthiriasim commutato, adeo palatum male habet, ut cibis & potus per nates ascendendo
 desuat: mactes totum inficit corpus suntq. tabicis haud dissimiles: vultus & oculorum album, croceum contra-
 hunt colorem: accedit febricula qua tertiana tenorem, sive et hica modum referens solet affectos exercere: at urina ad
 citrinum tendit. Brachii vena pulsa veloci frequentior & dura deprehenditur. Amator & siccitas mirane est ori. Quod
 si corporis habitudo precedens, victus, etas, regio, & tempestas anni concurrerint, materiam biliosam facile conficere
 poteris. Porro curatio morbi praedicti ad frigidum & humidum tendentia postulat, quae ne tibi multitudinem verborum
 sit molestior, praetermitto. FRAN. Non adeo simpl. medicina rerum sum expertus, ut quae morbo isti bilioso in regimine
 victus, ac sex rerum non naturalium convenient, facile non agnoscam: nam & multa, imo fere cuncta, quae sangui-
 neo conferre hodie mecum es collocutus huic etiam adhiberi possunt. Perge igitur recto tramite. ANDR. Bene profecto.
 Igitur cum bilem deprehenderis, medicamentum quod leniat huiusmodi poteris conficere. ℞. Floris Capiae ℥. elect.
 60 Lemnivi, de sebesten sol. singul. ℥. j. addatur iis sacch. & in troch. redigantur. Vel si delicatius per potionem volueris a-
 gere. ℞. Syrupi ros. solutivi ℥. iij. mannae elect. unc. ℥. j. b. aqua violarum ℥. ij. & fiat potio. Si urina spissior feretur, he-
 patica vena utiliter scinditur, eo modo quo sup. At si tenuior pro libidine sanguinis missionem poteris praetermittere,
 quamvis per urinam non possumus id recte judicare. Nam quosdam biliosis curavi, quibus etsi subtilior urina, tamen
 crassior sanguis ut niger facta incisione ferebatur. Non igitur fuerit absurdum fortasse semper iis sic affectis sanguinem
 mittere, cum, teste Avicenna, phlebotomia sit evacuatio universalis. Nam sanguinem bonum statim suppressimus,
 infectum vero tamdiu sinemus defluere, quamdiu eundem retinuerit colorem. Quod attestatur Albucasis Cap. de uti-
 litate phlebotomiae, dicens: Nam sanguis si est niger, tunc dimitte ipsum exire, donec rubeat: & similiter si vides ip-
 sum grossum, tunc dimitte eum, donec subtilietur: & similiter si est acutus, donec auferatur acuitas ejus. Hac ille. Post
 venturum incisionem, ut materia concoquatur, quinquies vel potius septies syrupus hauriatur. ℞. Scariola, intybi,
 cico-

cicorea, lactuca, portulaca, acerosa florum violarum, sing. mamp. j. b. seminum com. frigid. ma. unciam, rhenbarbari electi 3. ij. radicum centauria majoris 3. ij. spica grana tria seminis papaveris albi floris nenupharis, sing. 3. ij. b. sandalorum omnium 3. iij. contendantur una rheubarbarum spica, radices, semina sandaliq. in aqua libra unius ponderis, intybi, & fumiterra, & lupulorum, per dies continuos tres macerentur postmodum ex libris tribus aqua ordeacea, & libra una vini malorum puniceorum, cum pradiis herbis, ad mediam concoquantur. Addantur in flores ad finem fere decoctionis, postea colentur, & exprimantur pralo, expressioni sacchari 3. vj. addantur, inde sint syrupi vj. Vel 2. Syrupi acetosi simpl. syrup. rosarum ex infusione, syrupi de fumoterra singulorum, 3. ij. b. aquarum intybi, acetosa, lupulorum, fumiterra, sing. 3. vj. misceantur hac omnia, fiant 3. ij. syrupi vj. Qui sic etiam fieri possunt: 2. Syrupi de acetositate citri, de succo intybi, oxyfaccbari, sing. 3. ij. violati, 3. ij. violati, 3. ij. aquarum cicorea, intybi, portulaca, fumiterra, lactuca sing. 3. v. & fiant syrupi vj. Enim vero cognoscens materiam jam digestam, 2. seminum quatuor com. frigidorum maj. sing. 3. ij. seminis papaveris albi 3. ij. Contusis deinde in mortario lapideo ex uncis duabus aqua egelida intybi, & fumiterra, exprimas cremorem, cui syrupi rosacei solutivi 3. ij. Electuarius ros. Mes. diacatholiconis, sing. 3. ij. addes, quam portionem affecto propinabis. Vel 2. Diacatholiconis 3. iij. elec. de psyllio, confectionis Hamech, sing. 3. ij. b. & cum infusione 3. j. rheubarbari preparati ex aqua intybi, & fumiterra: fiat potus. Sic aliter fieri potest. 2. Syrupi rosacei solutivi, sy. de cicorea compositi, manna electa, sing. 3. elect. lenitivi 3. ij. de succo rosarum 3. ij. b. rheubarbari subtiliter pulveri sati 3. mediam spica gra. ij. & cum decoctione florum, & fructuum cordialium fiat portio longa. Reliqua poteris superioribus recte conjicere. Caterum tibia, tum cetera corporis compages hoc unguento illiniuntur: 2. unguenti rosacei Mes. libram, ex aquis florum pomorum hesperidum, quae hodie arancia vocant, sive florum myrti, rosarum q. damascenorum, sing. quantum sufficit. Hac spathula lignea per horam subagitabis, postremo projectu aquis in mortario marmoreo, pomata tum odorifera, tum recentis 3. vj. saponis damasceni odoriferi minutim incisi 3. ij. unguenti triapharmaci ex oleo rosaceo omphacino, & aceto rosato 3. iij. musci ex aqua rosacea 3. semis campbora 3. ij. pulveris cypri 3. ij. mercurii extincti 3. vj. sublimati 3. ij. sandalorum alborum 3. j. adjectu in unguentum rediges. Si vero pauperibus consulere volueris, 2. Arvina porcina libram, butyri recentis 3. ij. liquefiant simul ad ignem, ex aqua postea solatri, portulaca, semper viva, & aceto rosato, ex vase fictili ligneo baculo subagitantur, dehinc projectu aquis, addantur unguenti triapharmaci superius dicti 3. iij. cerusa lota 3. mercurii extincti 3. v. sublimati 3. ij. & fiat diligenter linimentum. Reliqua superius diximus. Hoc etiam morbi Gallici contrariam recentem noxam, sine unctionibus discuties. 2. Aqua rosarum l. ij. plantagini solatri, sing. l. j. b. vini granatorum, succi vva acerba, sing. l. b. aquarum scabiosa, fumiterra, sing. 3. tres, mercurii sublimati 3. ij. Mercurius in pulverem tenuissimum redactus, pradiis aquis maceretur: Hac deinde omnia ex vase vitreo, igni succenso ferveant, non alio mebereculo pacto, quam decocta aqua ex ordeo fieri solet. Hoc quidem egelido omnes corporis compages laventur, brachiaq. cum tibis, a genu, & a cubito, donec dolores cum ceteris evanescant. Diebus lotionis e cubiculo pedem male affectus non efferat, sed caveat omnia perinde ac si inungeretur. Hinc etiam qua praemisimus accidere solent, oris scilicet ulceratio, defectus animae, ventris deductio, somni difficultas: quibus omnibus quo pacto fuerit occurrendum declaravimus. Enimvero non ab re fuisset ostendere, quantum hoc morbo affectus invehat detrimenti curatio per lignum, quod superius declaravimus, praesertim si Gallicus u macie affectus fuerit, nisi id inferius asserere decrevissem. FRAN. Satius superq. te differentem de sanguinis, bilisq. qualitate, tulimus: quamobrem jam prout a se ingerat.

De morbo Gallico pituitoso.

ANDREAS Omnibus igitur agrotantibus, quos pituita male habet, rarius pustulae per totum corpus emergunt, nisi fortasse sanguinis aliquid adjectum fuerit: quia pituita natura (ut dixit Gal. 6. Aphor.) ad juncturas potissimum decurrit: unde omnium non solum juncturarum, verum etiam articulorum intolerandi dolores sunt, qui occiput potissimum tibiaeq. male habent, noctu magis quam interdiu, id est, a tertia hora noctis, ad nonam potissimum torquentur. Horror est in capite, ceteraq. membris: at cum materia salis accedit, tota inguina, cum coxis, vultumq. tum volas manuum, pedumq. imperigo arripit. Quod si cum sanguine complicatur, ut plerumq. vidimus, circa collum, gulamq. sub alis, inguinibus, & pedum compagibus quadam glandula strumis haud dissimiles emergunt, os albescit, sensus obtunduntur, bucca multo fluore insulso, acris, nonnunquam salso redundat, nares mucosa, stomachus male concoquit, urina alba, spissaq. fertur, vena subsidit. Quod si corpus, etas, ceteraq. ejusmodi a pituita fuerint, morbum admixtum esse phlegmati conjicies. Requiritur huic ergo curationi primo loco sex rerum non naturalium regula ad siccum & calidum declinans. Cubiculum sit meridiano, sive exorienti soli expositum, cujus aer, praeter astatem, quotidie bonis odoribus suffiatur. Nec absurdum fuerit hac omnia in pilam redacta per hyemem manibus affectum gestare. 2. Ladani electi unciam, ligni aloes 3. b. ambra 3. b. galie muscata, styracis Calamita, benzoini, sing. 3. ij. b. serpilli, amaraci, satureia, sing. 3. ij. quae terantur omnia, & ex aqua lavendula in pilam subigantur. Cum vero inedia, teste Damasceno, Celsoq. medicina potissimum nitatur, de ea primum erit sermo. Nec diversis cibis pro libidine uti decet affectum, neq. nimia inedia torqueri: nam Avicenna 1. Can. fen. ij. c. vj. nihil deterius esse ait, quam diversa nutrienda simul adungere, & cibi sumendi tempus prorogare, nec cum sumptis streptum, primum jam incipiat concoqui cibis. Hac ille. Nos enim in primis precipimus famis tempus semper expectandum, cum eo tamen, ne desiderium cibi nimis urgeat: quoniam, teste Principe, loco quo supra, inedia nimia stomachum malis humoribus inficit, & imbuit. Patet sit ab omni mixtione, gravitate, humiditate, asperitate, graveolentia, & sequestratis, ideo jubemus fieri ex farina pura boni tritici, & quod sit fermentatus, bene coctus, biduanus, triduanus, quateriduanus, & sale mediocriter conditus: neq. recoctus ab re fuerit, quem, cum de ligno Guajaco tractabimus, paucis absolvemus, nisi fortasse ventris nimia subductio obstiterit. Carnes edat vitulinas, badinas, vervecinas: agninas vero fugiat, quod pituitosum sanguinem reddat. Nec a venatione absteineat, utpote cum dama, hinnuli, lepule, maxime sint ex usu. Nec aucupium spernat, nam per dices, porphyrones, attagena, phasiana, turdi ficedula, palumbuli, merula conferunt: quamvis grues, anates, anseres, quercu edula, aucupus, omne genus in stagnis, & paludibus degentis noceant. In cibis etiam caveat pisces, quoniam teste Principe comedendi non sunt, quod facillime corrumpantur, & humores corrumpant, & pituitam gignant, praesertim post exercitium. Ova etiam recentia ex jussulo sumpta proficiunt, sicut abhorrent eadem fixa, duraq. Lac lacteq. confecta fugiat. Ex leguminibus cicorum decocto tantum perfruatur, additis amaraci, menthaq. foliis. Ex oleis petroselino, fenniculo, serpyllo, salvia, mentha, rore marino, melissa, amaraco, tanaceto, satureia, arthemisia, origano, calamento, pulegio, & si qua alia calida fuerint. Ex radicibus baucia, pastinaca, radices petroselini, fenniculi, recte in cibum sumuntur. Allium, capsa, bulborum omne genus, radiculam, raphanum, erucam, sinapi, quod insient & innu-

- innatent stomacho, & sanguinem adurant, fugiat. Ex jusculis amygdalarum, panem decoctum ex jure carniū con-
ducentium, dare poteris. Ex fructibus conferunt palmule, ficus, nuclei pinei, pistacia, amygdala, cydonia decocta, addi-
tis feniculo, & coriandro: sicuti poma, pyra, chrysomela, cerasa, cum sint humiditatis & frigiditatis maxima, non
mediocriter his inferunt nocumentum. Ex conditis myrobalani chebuli, cortices citri, gingiber, hyringi, & acori radix,
nux myristica, cubebe, carpobalsamum, crocus, lignum aloes. Utatur in potu vino albo, sive subrubeo leni, juxta illud
Avic. 1. Can. c. de eo quod comeditur & bibitur, qui sic: Scias etiam quod ex vinis illud est melius, quod inter vetusta-
tem & novitatem est aequale, & quod ad rubedinem trahit, bonum habens odorem, aequalis saporis, & quod non est
acre, neq; dulce: dulcia enim ad faciendas oppilationes sunt velocia, quoniam natura attrahit ea, antequam dige-
rantur. Nec post cibum hoc bibendum est, quia est ex rebus magis impediētibz concoctionem, quoniam digeritur ve-
lociter, & facit penetrare cibum indigestum, & facit hereditare oppilationes, & putrefactiones. Quod si Gallicum sitis
male habuerit, is post cibum talem potionem pisset. **L.** Ligni aloes 3. j. cinnamomi 3. j. coriandrorum preparato-
rum 3. ij. jujubarum, sebesten singul. 3. liquiritia rasa 3. j. florum cordialium m. j. Hac omnia ex aqua lb. x. ponderis,
usq; ad tertiam concoquantur, inde colentur, & addantur sacchari 3. vj. & fiat juleb longum. Nec audiendi sunt no-
strates Empirici, qui quoties agrotis visum fuerit, vinum rubrum, nec minus album subausterum iisdem propinant: sed
sua sententia rationem viderint. Nobis vero qui traditus est ager, nec nimium cibo repleri debet, nec nimium fame tor-
queri, teste Hippocr. Aphor. II. sic asserente: Non satietas, non fames, nec aliquid quicquam quod modum natura ex-
cesserit. Gal. quoq; astipulante 1. de regimine sanitatis, qui, Dna. ait, sunt intentiones sanativae diata, una scilicet repletio
evacuatorum, altera vero evacuatio superfluitatū. Magna igitur cum diligentia horum affectibus succurrendum cen-
seo. quamobrem si major appetitus extiterit, quam pro viribus stomachi, adhuc etiam famescentibus cibo finis est im-
ponendus, ut intemperantia comedentis à cibo, neq; venarum pulsus invaleseat, neq; spiritus difficulter reddatur. Nec
edendum prius, quam bene concoctum fuerit: id enim septem horarum intervallo plerumq; fit. Porro cibus nisi levitas
intestinarum accesserit, sit liquidior. Si quis debilitate stomachi bis quotidie comedere sat non habet, proportionem tribus
vicibus voret. Prandium sit prolixius quam cæna. A somno surgentibus superfluitates corporis expellantur. Laventur
manus, & facies, ex aqua salvia, primula veris, amaraci, lavendula, sive vino odorifero. Corriganur alvi nimia subdu-
ctio, clysteribus lenientibus, & balani ex melle confectis: aut ager aliquando 3. j. uvæ thymia ex syrupo violaceo con-
trita, addito nonnihil olei dulcium amygdalarum, tribus ante cibum horis sumat. **FRANC.** Sol jam columnas Her-
culis spectans exhausta clepsydra, nos admonet, ut vela jam contrahamus, remos inhibeamus, & portum despiciamus:
qua sequuntur igitur in pauca conferas. **ANDR.** Liberote ista cura, nam quod times propulsabo facile, quippe abitu-
rum detenturus, cubiculum, culcitras, vestesq; tibi jam paravimus. Sed ut redeam unde diverteram, huic opus est pila,
30 similisq; corpus exercere: nam Gal. l. i. inde confecto, pilam summis laudibus extulit. Cornelius etiam Celsus non
unquam pratermisit, cuius exercitii laudes si sigillatim coner connumerare, dies me profecto defecerit. Ad hoc illud
accedit etiam, quod plurima non solum Galen, verum etiam pleriq; alii, multum in locis de pila monumentū literarum
commendata non immerito reliquerunt. Nam per deos immortales quid dici potest conducibilis, hac superflua quaq;
digeruntur, pila natura vim provocat, eadem virtutes amissas reficit, corpus exiccat, spiritus exhalationibus noxiis li-
berat, poros corporis aperit. Plurimos deniq; vidi morbosos, qui exercitio tantum sanitatem receptam referre merito
possent. Morbosi igitur corpus pila, aut quovis alio tali ludo exercendum est, donec citra lassitudinem concalescat, &
hoc eo tempore, quo mundus sit, quod teste Principe tum videtur esse, cum jejunum sit, ne mali subsidentes humores
exercitio tali diffusi, venas atq; intestina corrumpant. Qui si forte eo tempore subsidere deprehendantur, evacuatione
aliqua primitus depellantur. Posteaquam se satis exercuerit ager, cibum capiat, secundum quem conquiescat usq; quo
40 satis concoxit, ea tamen lege, ne post canam statim cubitum se recipiat, quippe tres horas ad minus agroti praestolan-
dum. Cum vero lecto se dederit, horis septem, sive octo ad summum dormiendum. Somniculosus etenim (ut inquit
Princeps II. Can.) sequitur animae torpor. At si jejunus obdormiverit, repletur fumo caput & vaporibus, à facibus & su-
perfluitatibus elevatis. **FRANC.** Quid hoc? ergo nec saturo, nec jeuno dormiendum? Nam quæ est hæc fabula? eo
rediges me tuis sermonibus, ut nunquam, aut saltem parum conquiescam. Mori me hercule satius est, quam somno toto
illo tempore non conquiescere. **ANDR.** Atqui somnum non prohibeo, nisi qui nimius. Nam cum dico, neq; jeuno, neq;
repleto dormiendum, perinde est ac si dicam, quiescendum quando id tempus postulat, ita precipiente Cornelio Celfo.
Et Avic. tertia 1. c. VII. sic inquit: Non ideo post comestionem est dormiendum. **FRAN.** Quid hoc monstri est? Avic.
sibi ipsi dissidet quantum video: secundo enim Cantica dicit: post cibum est dormiendum immediate accumbendo,
donec ad locum digestionis pervenerit cibum assumptus. **ANDR.** Recte tu quidem, nihilominus duobus modis hoc ex-
50 planare non dubitabo. Primo quidem scias hoc Principis dictum (si recte ex Arabica in Romanam linguam translatum
est) quadam lege intelligi debere: quippe quoniam, quando à somno abstinere omnino non possumus, dicit accumbendo
nobis dormitandum: quæ quidem fuit Averrhois sententia. Secundo modo potest hæc contradictio translatorum, aut
impressorum errore evenire. Nam si legeris IX. Cantic. textum ab Andrea Belunensi recognitum, qui Arabica lin-
gua fidus fuit interpres, leges profecto. Non est quoq; post cibum & comestionem dormiendum: quod unusquisq; sana
mentis credere potest. Hinc igitur est, ut pleriq; Avic. exponentes in aliquibus locis maxime dubitaverint. Quod vero
tu cavillaris neq; saturo, neq; jeuno dormiendum, canones comprobant. Princeps III. 1. c. IX. habet, quod super va-
vuitatem dormire, est malum, quia est deficiens virtutem: & super repletionem est malum antequam à superiori ven-
tre fiat descensio, quoniam replet caput vaporibus, & somnus erit cum frequenti revolutione de latere ad latus. **FRAN.**
Assentior tibi tantum in presentia, verum alias hoc totum videro: tu dic hoc primum, quomodo sit corpus somno com-
ponendum. **ANDR.** Bis Avic. quod quævis explanavit III. 1. 7. cap. ac 9. In septimo: Sic oportet præterea ut super
60 dextrum latus dormiat pauxillo tempore, deinde revolvatur super sinistrum, & postea revolvat se super dextrum.
Nono vero: Sed quæ ex figuris somni est melior, est ut super dextrum incipiat latus, & deinde ad sinistrum revolvatur:
quod si ejus inceptio super ventrem fiat, auxilium fert magnum in digerendo, propterea quod calorem retinet
naturalem. **FRANC.** De die postquam concoxerit, poteritne somni tantillum capere? **ANDR.** Nihil minus: Nam
Princeps tertia primi: In die quoq; dormire est malum, generat enim agilitates humectantes, & rheumatismos, &
corrumpit colorem, & gravat splenem, laxat nervos, & generat pigritiam, debilitat desiderium, & generat aposte-
mata, & febres. Quo fit ut dies vigiliū, nox quieti sit nata. Nam Paulus Aegineta, in præceptis de tuenda valetudine,
c. 97. dixit: Nocturno autem somno haud alius melior est: siquidem nox suapte natura, tum humore, tum tranquil-
litate somnum alliciens, concoctionem perfectam efficit. Et Averrhois in Commento Cantica: Tempus matutina refe-
ctionis est totum tempus somni. Cornel. Cels. l. i. nocte dormiendum, die vero vigilandum suadet. **FRANC.** Hujus ar-
gumenti

gimenti nihil reliquum mihi videtur esse, nisi quæpiam de contingentibus animæ volueris addere. ANDR. Haud invitus mi Franciscæ. Gaudium igitur, angor, iracundia, odium, furor, mæstitia, sollicitudo, metus, invidia, luxuria, avaritia: quæ quidem omnia, affectus animæ ab autoribus recte dicuntur: iis enim cum mortales se intemperantius extulerint, in perniciosos corporis morbos penitus convertuntur. Nam Gal. i. regimini sanitatis dixit, oportere medicum, qui sanitati mortalium studet, pro virili operam dare, ne mores animi corrumpantur, quibus aditus agnitudo corporis pateat: quippe furor, fletus, sollicitudo, ceteraq; id genus magis quam par est, febrium morborumq; ceterorum sunt principia. Quin etiam Princeps tertia primi (si recte memoria teneo) dicit: Accidentia animi horribilia, & motus corporeis fortes, digestionem fieri prohibent, cum multi proficiantur ex cruditate morbi. Gal. etiam lib. artus medicinalis inscripto huic astipulatur dicens, omnes animi immoderatos affectus, iram, furorem, mærorem, metum, invidiam, à naturali gradu corporis deicere. Deinde inferius: omnes animi motus, sive perturbationes maluerimus dicere, corpus humanum exiccare. FRANC. Sed quid iram dicemus? ANDR. Aristoteles in primo problematum, iram nihil aliud esse ait, nisi accensionem sanguinis, circa cor. Quin etiam Cicero libro Tusculanarum quaest. idem ex autoritate Homeri videtur dicere: quod sic in Latinum traduxit:

Corque meum penitus turgescit tristibus iris:

Cum decore atque animi me orbatum laude recordor.

Galenus etiam lib. de differentiis febrium sic: Ira est astuatio quadam, & motus vehementior virtutis ad irascendum prona, quæ cordi insidet, cum calefit ipsa substantia. Et in secundo quoq; de accidenti & morbo: Ira est fervor caloris in corde propter motum animæ. Et in quinto: Ira est magnus & fortissimus motus, & propterea valde corpus perturbat, & permutat à naturali consistentia. FRANC. Apud Haliab. eandem pene sententiam vidimus, sua Theor. lib. V. cum dicit: Ira est sanguinis cordis ebullitio, naturalisq; motus caloris, & ejus ad exteriora exitus: semel subitoq; ad ulciscendum nocent. Sed heu tu, quidnam inter odium & iram differentia esse dicemus? Nam differre ea inter se ex Valer. Max. didici, qui lib. IX. c. XXX. memorabilem suorum sic: Ira quoq; aut odium in pectoribus humanis magnos illos excitant, procurru celerior illa nocendi cupidine, hoc autem pertinacius, ac nunquam sine tormento sui violentius. ANDR. Princeps lib. de virib. cordis sic: Est quidem sciendum, quod ira quando cessat velociter, non perdurat in imaginatione, seu phantasia formæ nocivi, sed cito deletur, & ideo non causat odium, sive rancorem: odium enim est perseverantia formæ nocivi in imaginatione seu phantasia, & perseverantia sive imaginationis affectus ad vindictam sumendam ex eo. Dicemus ergo, quod ex odio accenditur ira: quod quidem odium post iram confirmatum rancor appellatur. Quod forsitan rectius non intellexit Valerius. Ex ira etiam nonnunquam, cum bilis concitatur, melancholica oriuntur passionis, sicut Haliab. V. Theor. Nam inquit ANDR. Arist. X. problem. Timor est infrigidatio exteriorum, & caloris contractio ad partes interiores sub corde. Et trigesima particula eorundem ait: Timor quidem infrigidat manifeste: & manifestant hoc terrefacti, tremunt enim. FRANC. Quid enim moxii in se habet? AND. Gal. V. de acciden. & morb. Timor sanguinem calorem, ac spiritum reportat ad interiora, scil. ad suam originem, & ad cor, atq; exteriora corporis infrigidat: & in timore virtus animæ non confortatur. Et l. de sympto. Timor est terror, qui turbat virtutem, & debilitat ipsam non minus aliis causis. FRANC. Inde processit illud Avic. in Can. dicentis: Timor incitat frigiditatem, qui quandoq; magnificatur in tantum, donec ledat in ultimo. ANDR. At mæror exitiosior, ex quo complures sibi necem consciverint, Gal. de acciden. & morb. sic asserente. Quibus accidit tristitia frequenter mortui sunt: & hoc pusillanimitas solet evenire: nam eorum anima debilis atq; defecta extinguitur. Princeps etiam de cematertia tertii sic ait: Tristitia est causa corruptionis digestionis. Et Gal. V. de methodo medendi: Tristitia, & ira, & agonia, & sollicitudines quolibet modo nocent dissolventes virtutem. FRANC. Frons semper igitur est exporrigenda, quoad ejus fieri potest. ANDR. Modus omnium rerum est optimus: nam non minus nimia latitia gestiens (si Ciceroni credimus) quam mæror exitio est. Princ. III. primi: Multum gaudium perniciosum, nam ex eo ventriculi cordis sanguine evacuantur. Et Averr. super Cant. Magnum gaudium est ex rebus impinguantibus corpus: quod si magnificetur valde & contingat, subito necat, & interficit, & maxime valde pingues. Monumenta literarum, Romaniq; cum primis annales id nos docent: Titus enim Livius post illam Cannarum cladem memorandam, mulierculas duas, quibus falso nuntiata filiorum mors fuerat, statim sospitibus eisdem visis, latitia expirasse memoria prodidit. Animæ igitur affectibus temperandum, teste Principe, sic dicente tertia primi c. 4. In temperamento morum custodia sanitatis animæ & corporis simul consistit. Haliab. etiam in V. Theriac. cap. ultimo sic: Gaudium naturalis est exitus caloris corporis ad exteriora, ejusq; diffusio, si quasi paulatim facta fuerit, animam habet confortare, caloremq; naturalem in omni corpore, & humores temperare, & sanguinem caloris naturalis temperantia, & calorem augere, nisi quod quando semel, subitoq; sit, aliquando interficit naturalis dissolutione caloris. Et Gal. V. de accidenti & morbo: Ex ira nullus unquam mortuus est, ex gaudio autem quamplurimi pusillanimes. FRANC. Superest ut de invidia differamus. ANDR. Invidiam nil aliud esse manifestum est quam bonis alterius angere. Boni igitur hominis est invidia omnino abstinere. Luxuria etiam tanta est scditas, ut nihil supra: quamvis aliquando aliquibus corporibus opem prestare videatur: nam Cornelius Cels. neq; nimium indulgendum Veneri, neq; nimis abstinendum præcipit: sed nos qui morbosus consilimus, ne sibiipsis, ac semellis etiam maxime noceant, hac omnino abstinendum censemus. Nam Gal. Aphor. VI. ait: Coitus est fortis causa in generanda podagra. FRANC. Atqui XXX. problem. philosophus: post Venerem, inquit, plurimi magis leti fiunt. Et Haliab. V. Theorica: Si spermatis superfluitas suis aucta in vasis coitu non purgatur, nec poterit eam expellere natura, in inguinibus sit & aliis simul extensio, omnig; in corpore gravitas: sapeq; suis spermata calefit in vasis, sitq; febris: nonnunquam autem ejus ascendunt ad cerebrum vapores, ubi & pessimos generant morbos. Et Haliab. Rod. III. Techni: Superfluitas aggregata in corpore ex spermate quod non egreditur per coitum, obarctatur in corpore, & generantur ex ea agnitudines malæ, & vapores mali, qui ascendentes ad cor & cerebrum, & stomachum corrumpunt sanitatem illorum membrorum, & generant agnitudinem. ANDR. Sed hoc totum superfluitatis est retentio: inde dicit Haliab. superfluitas aggregata. FRANC. Princeps in Canticis commendavit etiam Venerem iuveni, dicens: Coitus commendatur juvenibus, quatenus per eum à nocuentis perniciosis liberantur. AND. Dixit ergo, tantum juvenibus convenit, eo quod juvenes exuberent spermate: sed de superflua Venere ne verbum quidem ullum fecit: nam prima tertia sic: Quandoq; accidit homini, ut in vasis seminalibus aggregetur sperma plurimum, & corrumpatur, & infrigidetur, & convertatur ad qualitatem venenosam: & quia sit hoc pluries juvenibus, eisdem dixit venerem convenire: nam cum quis appetit, non nocet: ut Almanforis IV. voluit Rhafis dicens: Viri prætere ac mulieres cum appetunt, coire debent: quod quidem faciant natura non repugnante. FRANC. Modo ais, modo negas veneri indulgendum. Quonq; patiar te isto modo differentem? Quin tu uno verbo dic: quid est, quod me præstare

stare velis? ANDR. Ita faciam. Primum in hac re illud edico tibi, mulieris corpus in deterius semper labi, teste Conci-
liatore diff. CXXIII. sic asserente: Coitus superfluitas, & frequentia omnem pravam corporis acquirit dispositionem.
Arist. quod IV. probl. Coeuntes exoluntur, & infirmiores fiunt. Gal. 2. de spermate: Non solum à serosa humiditate
privari omnes animales particulas accidit ex superfluo coitu, sed & vitali spiritu. Et prin. XIII. tertii: Coitus est ex
rebus in agis nocentibus stomacho, & dimissio ejus est ex rebus maxime conferentibus. Arist. etiam quarto probl. Plurimo
coitu utentes manifeste in oculis, & anchis patiuntur. Et Princeps tertia tertii Cap. V. Multiplicatio coitus est res no-
cibilior oculo. Et Almanforis quarto: Qui coitu saepe utitur, oculorum habet concavitatem. Post repletionem superflua
est venus. Haliab. V. Theor. Si cibo homo repletus aut potu coitu utatur, debilitas ejus fit corpori, enervatio nervi, dolor
in genibus, viscerum oppilatio, generanturq; abinde humores grossi. Cujus usus si hoc fiat modo frequens, & assiduus,
10 hydropsis sequitur, asthma, & tremor. Nam nihil obstat quod Paul. Aegin. l. de tuenda valetudine, post cibum, & ante
somnum praeceptat concumbendum, nam nonnullam vult esse inter eos distantiam, quia corpus neq; repletum, neq; va-
cuum dici possit. Idem etiam voluit Gal. in arte medicinali, cum dicit: Tempus autem ad coitum opportunum est, cum
in excessum omnium mediocritate corpus fuerit constitutum. Cui assentitur Avicen. XX. tertij dicens: Et oportet et-
iam ne coitus fiat super repletionem, quia prohibet digestionem & debilitat: neq; coeat aliquis cum adest vacuitas,
hoc est enim nocibilis, & onerosus naturae, & magis pernecans calorem innatum. FRAN. Sat habeo: sed dicas qua-
so, quanta temporis intercapedine inter coitus uti nobis par est: nec ab re te percunctor, scimus etenim quosdam singu-
los noctis unius spacio semellas singulas inuisse decies, citra noxam. ANDR. Abeant ij, quos attulisti mihi, in malam
crucem, cum hac sua intempestiva venere, nam mihi consilium non placet, aliorum explere luxuriam, mihi dum no-
ceam, cum creberrimam agrotationes perniciose, senectusq; matura subsequantur. Unde Cicero: Luxuriosa juvenum
20 maturam tradit senectutem. Item lib. de senect. Libidinosi etenim, & intemperans adolescentia affectum corpus tra-
dit senectuti. Galenusq; in arte medicinali, sic inquit: Venereorum vero juxta Epicuri sententiam, nullus est usus sa-
lubris: re autem vera confert, si tantum intervalli in earum usu adhibeatur, ut neq; resolutio aliqua sentiat, & ipse
homo quodammodo senior factus melius spirare videatur. Quod caput est tandem si habero, nullam capit alioem pe-
stem esse, quam corporis insatiabilem voluptatem. Sed ad curationem morbi Gal. raleamus. Servatis igitur sex reb. non
naturalibus, materia pituitosa digerenda videtur hoc syrupo: ℞. Amaracti, salvia, origani, mentha, absynthij, eupato-
rii, fumiterre, baccaris, lavendula, calamenti, pulegij, thymi, satyriae, sticae os sing. m. j. calami aromatici, zedo-
ariae, dictamni albi, hermodactylorum, bellidori nigri, sing. ℥. ij. Rheubarbari electi ℥. ij. spicae, squinantibi, sint. ℥. ℥. ex
aqua usq; ad medium decoquantur, inde colentur, addanturq; syrupi de simoterra, de sticados, mellis ros. sing. ℥. ij. &
fiant syrupi vj sunt qui errant, mea quidem sententia, nolentes haurire decoctionem, sed appetentes syrupos ex aquis
30 elaboratis. Quippe majorem decoctionis vim comperi. Verum ut & illumorem geramus. ℞. Syr. de sticados, oxymellis
comp. mellis rosati, sing. ℥. ij. & aquarum salvia, lavendula, amaraci sing. ℥. ix. & fiant syr. vj. vel ℞. Oxymellis simp.
syr. de sticados, de prapio, de absynthio, sing. ℥. ij. & aquarum absynthij prapii, iv. a. melissa, & fiant syr. vj. Facta di-
gestionem, ut ad extrahendam materiam procedamus. ℞. Rheubarbari electi ℥. ij. agarici preparati ℥. j. aloes hepatica
lota ℥. j. turbit gra. x. hermodactylorum gr. vj. gingiberis gr. ij. spicae gr. ij. hac simul ex aqua salvia libra maceren-
tur per noctem, deinde ad medium concoquantur, postea colentur, & accipiantur decoctionis istius ℥. v. vel vj. secun-
dum virtutem agrotantis, dulcorenturq; cum ℥. oxymellum impl. & fiat potio. Vel sic: ℞. Rheubarbari electi, agarici
preparati, turbit albi & gummosi, sing. ℥. ℥. spicae grana tria, gingiberis, hermodactylorum, sing. ℥. contundantur
hac omnia leviter, & infundantur inde aq. lavendulae, vel amaraci ℥. vj. decem horarum spatio, inde comprimantur:
expressioni addantur, electuarij lenitivi ℥. ij. diaphanici, electuarij Indi, sing. ℥. ij. & fiat potio, additis mellis rosa-
40 sei ℥. ij. Tertius iis etiam accedit modus. ℞. Rheubarbari electi ℥. j. squinantibi gran. v. redigantur hac in pulverem,
cui addas agarici preparati ℥. ij. turbit gran. v. gingiberis gran. ij. aloes lota ℥. j. elect. lenitivi ℥. ij. diaphanici ℥. j. &
cum saccharo fiat pastillus. Ex quibus primum medicamentum validius comperi, quamvis difficultus sua amaritudine
hauriatur. FRAN. Quid autem de phlebotomia nobis faciendum videtur? nunquid iis etiam adhibebimus, Avicen.
testimonio fulti dicentis: Phlebotomia est evacuatio universalis, qua multitudinem evacuat humorum, multitudo
vero est argumentum humorum super qualitatem ipsorum in venis. AND. Recte tu quidem ex Avicenna: nam sub-
sequitur Ugo de Senis, quod ista evacuatio universalis intelligi debet ex humore, qui continetur cum sanguine in ipsis
venis & de his locutus est Princeps: Nonnam humores extra venas secus naturam procedentes, potione potius sunt eli-
dendi. Morbus igitur Gall. a pituita, cum magis in juncturis, quam in venis existat, sanguinis mixtio per incisionem ve-
nae videtur super vacanea. Dicitur enim phlebotomia evacuatio universalis, quod omnes universaliter educat humo-
50 res, & neq; aliquem elingat. Pharmaceutum vero a forma specifica evacuans eligit illum quem sibi proprium est evacuare.
Cum autem pituita sit in membris compagibus coacervata & indigeat potione, particulariter eligi phlebotomiam
penitus relinquam. FRAN. Sententia tua non acceperim, tamen si sexcentos adduxeris autores, quippe in te ipsum hac
omnia militant, cum, si penitus totius mali fomitem jecur dixeris, jecur igitur, cum sit totius sanguinis purioris hospi-
tium, utiliter in his morbis mirum exdantur. AND. Nihil agis, nam hac omnia minimo (ut ajunt) digito proster-
nam: nam quod tu dices, recte fieret si materia calida foret, Nam Rhasis sic VII. Alm. attestatur: Oportet autem ca-
vere quantum possibile est, ne phlebotomia in tempore calidissimo, aut frigidissimo fiat: neq; phlebotomentur ij, quo-
rum stomachus & hepar in frigiditate distemperata existunt. Praeterea multos offendimus, qui diutius morbum igno-
miniae causa desimulaverunt, quibus minime sanguis mittendus est. Nam princeps in corporibus, qua prolixas perpeffa
sunt agrotationes, cavendum esse à phlebotomia affirmavit. FRAN. Quamvis mea te exagitem sententia, assentior ta-
60 men: nam apud Galenum legitur, quod ij qui per totum corpus humorum multitudine gravantur, minime sanguinis
mixturam pati debeant, ANDR. Utiliter igitur si pustula per totum corpus emerferint, sanguinem inter cutem pitui-
tosum poteris per cucurbitulas extrahere. Nunc autem ad linimenta, quae huic conferunt morbo. ℞. Radicem ebulli,
helerae, dictamni, gentiana, inula, bryoniae, hermodactylorum, sing. manip. contundantur hac omnia leviter, & ex vini
critici ℥. x. ad tertiam decoquantur. Inde addantur amaraci, baccaris, camomilla, absynthij, hypericonis, lavendu-
lae, origani, thymi, nepitae, pulegij, calamenti, sing. m. j. iterum serveant ad medium, inde accedat florum, rosis mari-
ni, primulae veris, salvia, sing. ma. & bulliant leviter una parvo temporis intervallo, postmodum colentur, & praelo ex-
pressu indantur, olei rosacei, comomillini, anethini, hypericonis, costini, sing. ℥. j. & olei terebintini ℥. vj. resina pinea
℥. ij. & bulliant usq; ad perfectam vini consumptionem, denuo addantur, cum tolluntur ab igne, croci ℥. ij. cinnamo-
mi calami arom. ligni aloes, styracis calamitae, kadani, benzoin, sing. ℥. cinnabari ℥. j. mercurii extincti ℥. vj. sublimati,
℥. ij. arvinia porcina libra, cera quantum sufficiat, & fiat fortiter agitando linimentum. FRAN. Hac tamen si con-
gruant,

gruant, tamen quidpiam brevius desiderarem. ANDR. Mos gerendus est tibi. Igitur Ꝛ axungia porcina colliquitur a lib. j. butyri recentis Ꝛ. vj. olei laurini Ꝛ. iij. olei vulpini, hypericonis, terebintini, sing. Ꝛ. v. styracis liquidi eloti cum aqua camomilla, & vino cretico, Ꝛ. ij. olei de sulphure Ꝛ. iij. cinnabaris Ꝛ. j. Ꝛ. mercuri extincti Ꝛ. vj. sublimati Ꝛ. j. cera quantum sufficiat, & fiat unctio. Quod si compendium magis affectas, Ꝛ. Axungia colliquitur a libram, unguenti Agrippae, marciatonis, olei laurini, terebintini, singulorum Ꝛ. ij. mercurij extincti Ꝛ. vj. sublimati Ꝛ. ij. & fiat in mortario illinimentum: sed istorum primum laudabilius, meo quidem iudicio semper fuerit. FRAN. Memini quosdam se dicentes suffitu, laconicoq, tantum sanatos. ANDR. Quamvis nonnulli id evenerit, multi tamen succubuerunt. Ideoq, nisi cum de agrotis desperatum fuerit, suffitus omnino sunt excludendi, teste Galeno, sic dicente: Aegritudo quae non habet nisi unam viam ad curandum, velit nolit infirmus, oportet quod per eam transeat, & primo Aphor. Hippocrates: Extremis morbis, extrema exquisita remedia optima sunt. Quamvis non negaverim suffitus me tentasse successu laudabili, in hominibus videlicet athleticis: qui quidem suffitus fuerint huiusmodi Ꝛ. Cinnabaris Ꝛ. ij. myrrha, thuris sing. Ꝛ. aloes hepaticae, sandaracha, styracis calamitae, benzoin, sing. Ꝛ. ij. misce, & fiat pulvis crassior. Item alioquin Ꝛ. Cinnabaris Ꝛ. ij. myrrha, thuris, aloes, ladani sing. Ꝛ. j. contundantur in pulverem, & cum styrace liquido subigantur, inde fiant trochisci juglandis magnitudine, qui singuli suo tempore sigillatim prunis subditi colliquecant. Item Ꝛ. Cinnabaris Ꝛ. ij. auripigmenti, cadmeae argenteae, sing. Ꝛ. ij. thuris, aloes, myrrha, styracis calamitae, ladani, sing. Ꝛ. misceantur haec omnia, & in pulverem crassum redigantur: erit enim hoc alius potentius. Et si superius in athleticis tantum hoc fieri debere affirmavimus, accidit mihi tamen aliquando hoc fecisse felici successu etiam in corporibus delicatis, & debilibus: & fuit ejusmodi Ꝛ. Cinnabaris Ꝛ. ij. auripigmenti, Ꝛ. ij. diatamni albi, tormentilla, gentiana, ben albi & rubei angelicae, sing. Ꝛ. iij. sem. citri, sem. acetosae, sem. ocimi, doronici, sing. Ꝛ. ij. cinnamomi, gariofilorum, calami aromatici, croci sing. Ꝛ. ij. thuris sandaracha, styracis calamitae, benzoin sing. Ꝛ. aloes Ꝛ. iij. redigantur haec omnia in pulverem, vel in theiaca formentur trochisci. Postea aquam male se habentes per purgati fuerint, cubiculo claudantur, & sub conopio nudi carbonibus accensis incumbentes altius sedeant: quos semuncia pulveris prae dicti, sive unius trochisci sumus, nisi vis agroti difficilior patiat, per horam torqueat: nec satis decidi potest, quoties id tentandum: ideo non alio mehercule pacto quam si eundem inunxeris, id observare poteris. FRAN. Quod si anima defecerit? poteritne agere conopio: intillum caput educere? ANDR. Recte quidem, modo ne sapius id fiat. Sed pergamus, quae capimus. Quoties suffitus per diem sit tentandus, corporis habitus, anni tempus, etas decursa, sexusq, poterunt nos edocere. Sed ut fortius hoc ferant, initio cataplasma, quod superius enucleavimus, est applicandum cordi, horaq, ante suffitum ora bina recentia sorbeant affecti, aut cochlear unum syrupi de corticib. citri liguriant, aut trochiscum confectionis ejusmodi vorent. Ꝛ. Pulveris de Quatuor Conciliatorum, pulveris diamusci dulcis, diamargaritonis, sing. Ꝛ. ij. inde cum aqua melissa, & saccharo fiant cum igne trochisci. Evenit etiam plerumq, ut tam suffitu, quam unctio- nibus utentium bucca exulceretur, quibus ea poteris applicare remedia, quae superius diximus: quamvis hoc addere non alienum putaverimus. Ꝛ. Rad. prunellorum styvestrium in ij. cymarum rubi, rosarum, myrtillorum, sumach, cardui equinae, sorbariae, pilosellae, gariofilatae, millefolii, trinitatis, foliorum oleastri, ordei balaustriarum sing. manipulum, ireos, rubra fullonum, consolidae utriusq, centaureae majoris, sing. Ꝛ. iij. myrobalanorum citrinorum, conorum cupressi, sing. Ꝛ. Contundenda leviter contundantur, & bulliant ex libris x. aqua ferrariorum fabrorum, vini granatorum, succi cotoneorum, aqua plantaginis sing. libra, ad medium concoquantur, inde addantur cum jam pene concoxerint, aluminis rocha Ꝛ. ij. nitri Ꝛ. ij. diamoroni, mellis rosacei, sing. Ꝛ. iij. licet Ꝛ. ij. haec colentur, inde expressum servetur in vase vitreo, ex quo subinde sibi colluat os affectus. Verum enim vero plerumq, vidimus agrotantes, quibus ostotum adeo depravatam Empiricorum incuria erat, ut cancri speciem accipisse unusquisq, sana mentis dixerit: illis etenim quamvis superior gargarissatio consentanea fuerit, hoc tamen condubilius arbitramur. Ꝛ. Decoctionis praedictae lib. ij. 40 unguenti aegyptij Ꝛ. ij. Ꝛ. dissolvanturq, simul, inde frequentius os colluatur. At si gingivarum accesserit & exulceratio, unguento tanto prius aegrotis perungantur eadem, mundificat enim vim primis, & ut saepius experientia compertum, redundantem malitiam reprimat. Quod si materia superfluitas medicamentis superius enarratis, haud facile cessaverit, cucurbitulis, clysteribus, lotionibus, frictionibus, sibilis non parum doloris ingerentibus, & ceteris id genus est ab ore divertenda malitia. FRAN. Post oris exulcerationem accedunt dentibus gingivarum mira discidia, ut ij parum a casu abesse videantur. Adde spectaculum, quod etiam sputorum foeditate convalescentibus nauseam commovent, ut non immerito tale spectaculum fugiant omnes. AND. Ita est: tunc hoc pulvere non erit eis absurdum succurrere. Ꝛ. Squilla assata, pulvis levissime testacei, cornu cervini usti opis septae, osium dactylorum combustorum, consolidae utriusq, rosarum, sumach, sing. Ꝛ. cinnami, thuris, mastichis, sandaracha sing. Ꝛ. j. aluminis exusti Ꝛ. ij. corallorum rubeorum & alborum, sing. Ꝛ. iij. musci grana vj. Omnia redigantur in pulverem, ex quo frequentius cum gingivatum dentes fricentur. Superfluum fuerit de reliquis differere, de quibus satis dictum superius.

De morbo Gallico Melancholico.

A Pituitoso ad melancholicum nunc igitur desleat oratio: quamobrem tibi persuadeo, velim malum hoc atrabili commixtum, modo supercilia, modo cranium, nec non brachia pernae, tuberculis durissimis, ab apostematibus, quae Graeci scirrhus appellant, non dissimilibus infestare: quin etiam per totum corpus emergant liventes pustula verrucarum speciem representantes. Sinistrum tempus per noctem male habet, inde vigiliae, colos plumbeus, inflammatio thoracis, debilitas stomachi, splenis gravitas, aut dolor, aut durities urget: urina fertur alba, plumbea, sive subrufa, tendens ad nigrum colorem: vena brachij exilis, & tardior: nigra excrementa deiciuntur: excreatio plenior: ructus sunt acidi: crura, varices, tumor pedes invadunt, ut elephantiacos referant: quibus eadem fere confert vivendi formula, quam superius cum de pituitoso differeremus, explicavimus: ut tamen non sit alienum, quae sequantur annexere. Si perspexeris igitur a face sanguinis in melancholicum versi hoc fieri, sinistra manus venam, quam salvatellam recentiores appellant, sive varicum, sive quam saphenam vocant, recte scindes. Prodest etiam sanguisugarum ad ora venarum, quas hamorrhoidas Graeci vocant, applicatio. Quod quidem si a biliosa adustione pendere videatur, sanguinis missio penitus fugienda decernitur. Cucurbitula etiam cum balneo, quando est error sanguinis crassioris, convenire possent: quanquam Princeps quarta primi dixerit, cucurbitularum quidem juvamentum in corporibus grossiorem habentibus sanguinem est parvum, quoniam ex istis non extrahitur sanguis sicut oportet: imo qui ex eo vehementer est subtilis: & hoc accidit quia resolvuntur spiritus illius membri, & sic calorem naturalem debilitando, resolvendo etiam de humido substantifico, membra debilitant. Huic obstat sententia Haliabba, cum nono Practicae cap. VII. cucurbitulas melancholia conferre testetur. Haec quidem ratio bisariam distrahitur, quippe & sine scarificatione

catione capitis humores derivando, cucurbitula melancholia conferre possunt, & ex balneo cutis incisione subtilia-
tum sanguinem, qui prius fuerat crassior recte exhauriunt, tum agnitudo melancholica per totum sere corpus ver-
santur. Unde Germani ganeis confecti, propterea, varicosi, ac elephantiaci, hypocausti inclusi, quibus sanguis cras-
sior plerumq; subtilior fit, ut utiliter curantur. Quo fit, ut ex balneo non negaverim, melancholicis potissimum. (si ta-
men purgati corporibus id fieri) scarificata prius cute, cucurbitulas. Optime sic ergo eos purgabimus. **℞.** Epithymi
Cretensis, folliculorum senae, capillorum Veneris, florum boraginis, buglossae, violarum, rosmarini, melissae sing. man.
rad. centaurae majoris, polypodii, rhenobarbari sing. **℞. j.** succi scabiosae **℞. iij.** radices contendantur. & ex aqua aa me-
diam decocta diligenter exprimantur, instillentur inde syrupi epithymi & sumiterra quantum sat est, fiantq; syru-
pi v. aut viij. **℞.** Syrupi de sumiterra, mellis rosacei, de lupulio, de epithymo sing. **℞. iij.** aquarum sumiterra, buglossae,
10 lupulorum, melissae, sin. quantum sufficiat & fiant syrupi v. aut viij. Quinetiam, **℞.** Syri. intybi compositi, de epithymo,
de sumiterra sing. **℞. j.** & aquarum sumiterra, capil. Veneris, buglossae, lupulorum, melissae sing. **℞. j.** & fiant syrupi nume-
ro v. **FRANC.** Recte tu quidem: verum quod magis concupiscit animus meus, retices. **ANDR.** An dicis syrupum, quo
plerumq; sine ulla unctionibus, aut aliis ejusmodi medicamentis ad sanitatem perduximus quosdam male affectos?
FRAN. Istum ipsum. **ANDR.** Quamvis in gurgustio cordis mei delituerit haecenus ut ita dicam, te tamen jubente pro-
trahatur in lucem, mihi et tuum meum tibi reconditum fuerit unquam. Videntur igitur adhuc anguibus, posteaquam
extremis ares utring, quatuor digitos mensura a cetero corpore gladio secueris, permittes totum sanguinem defluere,
mundatas inde carnes, lavatasq; ter in aceto, tum liquore buglossae, citrariq; suscipies theriaca optima **℞. viij.** succi
sumiterra, lupulorum, intyborum, buglossae, sing. **℞. j.** polypodii recentis corticum citri sing. **℞. v.** haec omnia ex vitro
vase, per Balneum mariae, in cuius fundo quantitas harena residet, subdito vapore ignis, in aquas purissimas rediges,
20 quarum **℞. j.** eger, addita uncia syrupi de corticibus citri vel de epithymo, quotidie diluculo sumat. In syrupis a xl.
die multos (ut praediximus) Deo duce curavimus. Et etiam, quod imprudens silentio pene praeterieram, non praeter-
mittendum, quo minus eger se primo quoq; die catapotia voret hellebori, quae constabunt inferius, cum purgationes
humoris melancholici te docuerit. **℞.** igitur myrob. Indorum **℞. j.** florum buglossae epithymi, sing. man. polypodii recentis
sejunctam, contendantur hac prius, deinde ex sero caprisio decem horarum spatio macerentur: sedulo expressis
omnibus, addantur expressioni confectiois Hamech. **℞. iij.** diacatholiconis, diafene, sing. **℞. j.** succi sumiterra. **℞. j.** sy-
rupi de epithymo **℞. v.** fiat potio. Secundo modo. **℞.** Elect. lenitivi, conf. Hamech. sin. **℞. iij.** pulvis senae **℞. j.** succi sumi-
terra **℞. j.** syrupi de buglossa, **℞. v.** ex aqua sumiterra fiat potio. Vel. **℞.** Myrobalanorum Indorum **℞. j.** epithymi Cre-
tensis, rhenobarbari, sing. **℞. j.** contendantur hac leviter, deinde die nocteq; in aqua sumiterra buglossaeq; macerentur,
exprimantur, expressioni addas electuarii lenitivi, diacatholiconis sing. **℞. j.** confect. Hamech. **℞. j.** elect. Indi **℞. j.** syru-
pi de epithymo **℞. j.** hinc fiat potio. Nunc quoniam satis de potionibus est dictum, superest ut de Catapotis agamus, quae
30 superius tibi pollicitus sum. **℞.** igitur rad. nigri veratri recentis **℞. iij.** dauci, anisorum, piperis, sing. **℞. j.** florum buglossae
℞. j. musci, gr. vj. epithymi **℞. j.** contendantur hac omnia leviter, inde diem noctemq; ex vini cretici **℞. v.** macerata,
potenter exprimantur. Hujus expressionis **℞. iij.** pulvis pillularum sumiterra, cochiarum, aurearum, sing. **℞. j.** susci-
pias, subagitesq; inde permittas exiccare: porro siccas & iterum in pulverem redactas, ex eodem vino cretico mace-
rabis, ut supra, & hoc quater. Catapotia autem ejusmodi sigillatim sumenda sunt drachma pondere. Quinetiam po-
test ingeri catapotium, quod ex praecipitato conflat. **FRANC.** Quidnam hoc verbi est? **ANDR.** Et quidam pulvis
40 est mercurio conflat. hoc pacto. **℞.** Aqua, quae aurum ab argento dividitur, **℞. iij.** argenti vivi **℞. j.** hac vase vitreo,
ore angusto, collo obtorto, undiq; argilla praemunito, quod ab altero recipiatur, imponentur, compages inde vasorum
luto figulino sedulo obturentur, ad haec subdatur ignis ex carbonibus conflat, ut semper ingreveat, consq; quo tota
defluxerit aqua. Post haec phialam frangas, in cuius fundo residens placentalam rubeam, leviter extrahens, quod
album inhaerit proficias, rubeum vero in pulverem redigas. Verum enimvero quoniam ex pulvere isto plurima pos-
sent contingere noxae affumentibus ipsum, nisi prius debita fieret praeparatio. **℞.** **℞. j.** praedicti pulveris, & macerentur
per noctem in aqua plantaginis, & acetosae, sing. **℞. j.** inde summo mare aquas exhauriens, & novas superinfundens, ad
ignem in vase aeneo, sive testaceo collores, ferventes ferrea vel lignea spatula non cesses agitare, quousq; in pulverem
non difficulter omnia redigantur, ex quo poteris cum libenter in morbum Gall. tam putiosum, quam melancholicum,
catapotium tale componere. **℞.** Electuarii Conciliatoris **℞. j.** margaritarum, hyacinthorum, sing. gr. v. pulvis praeci-
pitati gr. v. pulvis diamusci, diamargaritonis sing. **℞. j.** & fiant catapotia quinq; numero, quae hora ante diluculum
sumantur, inde lecto se contineat ager horas quinq; brevi mihi crede, Gallici dolores, hoc catapotto elidentur. Putra
etiam & atra bilis vomitu, nec non alvi defectione evanescent. Ad haec sunt plurima morborum genera quae curavimus
50 tali pulvere: nam non solum saniem carnemq; putridam delet aspersus, verum etiam non difficulter ulcera ad cic-
atricem deducit: pestilentiam etiam paucillo theriacis addito, succoq; tunecis herba quam Caraduum benedictum vo-
cant, sive electuario de gemmis, ante ejus confirmationem mirum in modum fugat. Multos etiam lymphaticos, melan-
cholicosve, quos a cacodemonibus incurvari vulgo credebant, eodem curavimus. Quid pluribus immoror? Quattana
confectos saccharo buglossato sive theriaca, mithridatove additis, facta digestionem aliqua, hora ante accessionem quinq;
vel septem granorum pondere, pro atate, & prout corporis affectu, hoc pulvere liberavimus. Quin etiam valet coli, &
iliorum doloribus adhibitus, nam quosdam sterco per os ejicientes sanavimus, Pauli Aegineta monumentis innixi, qui
ait: Aliqui quidem medicorum argentum vivum extinctum dederunt in ileo. Quam quidem auctoritatem Princeps
℞. Cant. cap. de argento vivo annotavit. Fascino idem adversatur: pluribus ad haec virtutibus est insignis, quas cum plus
ocij nactus fuero, tibi sigillatim connumerabo: fortasse tunc jucundissimam fuerit etiam explicare, quonam pacto
60 pulverem cum auro, vivoq; argento, sine aqua superius explanata posui conficere: nunc quoniam tempus urget, an-
tiones virium maximarum differam. **℞.** Sumiterra recentis man. **℞. iij.** radices ebuli, buglossae, melissae, sing. man. **℞. j.** re-
rantur omnia cum libris duabus arvina porcina. **℞. x.** butyri recentis additus: inde in vase figulino vitroreato loco ulgi-
noso dies quindecim reserventur, ut computrescant: inde liquefiant igne subdito: demum liquefacta colabu omnia ex
lintheolo: postmodum. **℞.** Olei rosacei, camomillini, terebinthini, sing. **℞. j.** styracis liquidi, ex aqua sumiterra eloti
℞. iij. lithargyri argentei **℞. v.** resina alba **℞. iij.** mercurij extincti **℞. viij.** sublimati **℞. iij.** & fiat ex mortario unguentum.
Vel. **℞.** Radicis hellebori nigri recentium libram hellebori albi **℞. iij.** radices arthanitae **℞. viij.** contendantur cum axun-
gia & butyro, & ut supra deniq; omnia fiant. Inde accipe hujus adipis libram, olei rosacei, capparis, terebinthini,
sing. **℞. j.** sulphurei **℞. iij.** hellebori nigri redacti in pulverem **℞. iij.** lithargyri aurei **℞. iij.** styracis calamitae liquidi ex
succo sumiterra loti, ladani, sing. **℞. j.** resina pinea **℞. iij.** mercurij extincti **℞. viij.** sublimati **℞. iij.** inde fiat ut supr. Vel,
℞. Quatuor aut quinq; nigros angues excoriatos, evisceratosq; decisis utring, extrimitatibus, minutim concisos,
V V 2 quos

quos vas vitreum oris angusti capiat, quod postea obturato ore ponas in caldario aqua refertum, hoc finas diem non-
 temq, fervere, postmodum repertum liquorem colabis: extractum qui fluxerit commisce tibi illius adipis confecti ex
 radicibus bellebore, & arthanitae, addas mercurii extincti ℥.viij. cinnabari ℥.sublimati ℥.iiij. theriacis ℥.vj. & fiat
 ut supra. Servabis hoc diligentissime: majoris etenim ponderis est, quam tu fortasse reris. Propterea consentaneum
 omnino fuerit olei sulphurati, cum aqua melissa, nonnihil agrum diluculo bibere: quippe quoniam, ut superius ex-
 plicatum fuit, magnum ex eo percipitur juvamentum. FRANC. Nimirum volo ne oleum hoc, quod tantopere collau-
 dasti, intactum relinquant: In hoc etenim in praesentia mihi sunt omnia. ANDR. Tibi nihil inuitus dixerim. Vitreum
 igitur vas tintinabulo (campanam hodie appellant) non absimile, illitum sigulari luto, à terra unius cuibiti mensura,
 aneo vel ferreo filo suspendens, sub quo metretam vitream majoris circumferentia, cujus medio inversus fuerit cya-
 thus, statues. Porro cyathi fundus ferream brazeam digitorum quatuor latitudinis ex igne candentem sustineat, ex
 qua sulphur accendatur. Hoc dum comburitur recentius superaddatur: inde fiet, ut ex fumo ascendente suspensum vas
 brevis temporis intervallo guttatim in inferiorem patrosidem distillet oleum, quod diligenter collectum, vitrea conser-
 vabis ampulla: nam plurimi semper apud me ponderis fuit: nec me hercule injuria, quippe non solum confert huic mor-
 bo, sed haustum per hebdomadam stomachi intestinorumq, torminibus ex materia ventosa frigidiorive provenientibus
 medetur, splenis vitia corrigit, vulva, urinamq, difficultatibus succurrit ex aqua tamarisci, vel capil. Veneris quantita-
 tis guttatim sex. Quinetiam tres vel quatuor guttae ex aqua absynthij, lumbricos fugat. Item contra scabiem, impeti-
 ginem, lichenam, strumamq, illitum valet. Doloribus quidem podagricis, frigidis mirum in modum fert opem. Prate-
 rea male curatis ex morbo Gallico, ad extrahendum vires ejusmodi potum ut ducimus plurimum prodest. Nunc au-
 tem mercurij, quem vivum argentum dicunt, vires tibi paucis absolvam. Avicenna secundo. Can. frigid. & humidum
 esse dixit in secundo gradu. Paulus vero Argineta calidum & siccum asserit in quarto. Verum nos cum Gebere, qui de re-
 bus metallicis optime conscripsit, dicemus mercurium humidum & frigidum palam caliditatem siccitatemq, clande-
 stinam in se habere. Probatum hoc ab eodem Gebere cap. de essentia mercurij, cum dicit: In argento vivo similiter necesse
 est superflua demi, habet enim corruptionis causam terream, & adustibilem. Item l.2. cap. de coagulatione mercurij:
 Habet similiter sulphuris partes naturaliter sibi mixtas, quas remove per artificium non est possibile. Quam quidem
 sententiam nobilis etiam Arnoldus agnovit, libro qui dicitur Rosarius philosophorum, dicens: Manifestum est igitur
 quod argentum vivum continet in se sulphur suum bonum fixum, ex quo coagulatur in aurum & argentum, secundum
 diversum disponendi modum. Et Arist. in Meteor. Argentum vivum est aqua, quae admiscetur cum terra nimis subtili
 sulphurea admixtione forti, donec non quiescat in superficie plana, & hoc est ex siccitate magna, quae inest illi, &
 ideo non adheret tangenti. Quibus omnibus satis constat, terram talem sive sulphur esse calidam & siccam complexionis.
 Cognoscitur etiam hoc sua dissolutione, incisione, penetratione, atq, corrosione, quae quidem omnia & caliditatem & sic-
 citatem maximam ostendunt. Nam de eo Diosc. proprio capite sic autumat. Virtus, inquit, argenti vivi est homicidia-
 lis corrodingo intestina. Et aggregator: Argentum vivum corrodit omnia, cui obviat ex membris intrinsecis. Quod au-
 tem sit frigidum & humidum, licet per Avicennam hoc comprobari possit, apparet hoc etiam experimento. Cognosci-
 tur in primis mira ejus frigiditas per tactum ejus, deinde per operationes, quibus agit in humano corpore: nam non legi-
 time extinctus maxime repercutit, ac nervis, ut Avicenna asserit, dum tremorem, stuporem, convulsionem atq, para-
 lysim causat, magnum asserit discrimen: quae quidem omnia à frigiditate maxima, quae illi inest, eveniunt. Humidita-
 tem vero ejus ostendunt superiores auctoritates cum dicant, quod est aqua viscosa. Nam & hoc non sufficeret, nisi quo-
 tidie ipsum videremus ossa corrumpere, carnemq, & nervos putrefacere, eorum scilicet agrotantium quibus Empiricus
 aliquis mercurium ipsum inunxit. FRAN. Hanc quidem sententiam aliqui minime comprobant & putrefactionem
 non tantum mercurio verum totum morbi venenositati tribuunt. AND. Falsa quidem ratio ista mihi videtur. Nam si
 mulieres inspexeris, quae ex eo pigmenta consiciunt, ut pulchriores hominibus appareant, eis quidem dentes fere omnes
 tum cariosos, tum deniq, putrescentes invenies Concordia tamen hac Geberis auctoritate inter discrepantes de mercurio
 est imponenda. Inquit enim ipse, argentum vivum manifestum est, quod mercurius appellatur: antiquorum usu est
 aqua viscosa, substantia subtilis, alba tincta per calorem temperatissimum, unita tali unionem per minima, quousq, hu-
 midum contemperetur à sicco, & siccum aequaliter ab humido, & quousq, calidum contemperetur à frigido, & frigidum
 aequaliter à calido. Gal. tamen in VIII. simpl. sibi nil de eo cognitum fuisse testatur, non alia me hercule de causa, nisi
 quod tanta in eo dissidia sibi comperta erant, ut non facile quid potissimum de eo scriberet inveniret. Inde sapientes
 Mercurio Planetarum instabilissimos, propter variam ipsius ostentationem, instabilitatemq, compararunt. Unde recte
 Plato: Dotavit res naturae proprietatibus, omnino enim quodlibet secundum quod movetur a specie sua agit quod pro-
 prium est: utiq, enim nullius rei est actio propria, nisi quam species regulat. Verum hoc totum certificare (Mesue sen-
 tentia) non est medici, sed illius qui se altius agit. FRAN. Sat habeo, verum quid ita in mercurium omnes medicinae
 Professores veluti conjurati, styli acerbitatem distinxerunt? ANDR. Nihil dictu facilius est: Hunc namq, doctores
 compertis noxiis viribus, de quibus superius, merito videntur abdicasse, quamvis revera sit innocens, modo recte ex-
 tinguatur: nam quae superbiunt circumforanei ac pleriq, alij, non extinctionem sed occultationem recte dixeris: quip-
 pe cum horum unguentum, in quo erit admixtum mercurij, nonnihil ex vase lento liquefeceris, igne in fundo coeun-
 tem mercurium liquido deprehendes. Inde fit, ut si quis unguento tali fuerit imbutus, ad interiora progressus rursus
 coeat: nam naturalis calor facile in priorem vivacitatem ipsum restituit: quo fit, ut prava corporibus accidentia eve-
 niant. FRANC. At vide quam insolenter se jactitent isti pharmacopola, quanto molimine circumferantur: diceris in
 his sitam mortalium sanitatem: quorum inscitiam nuper chirurgus quidam summus meus aperuit: restatus est enim
 ex cruris osse corrupto, pumilionis cujusdam, qui decies à diversis Empiricis inunctus fuerat, argentum vivum non se-
 mel emanasse. AND. Hoc mihi novum non est, nam & operanti mihi sapius accidit. FRAN. Quoniam igitur pacto ex-
 tinguitur? AND. Quamvis satis superius quod petis insinuasse me tibi crediderim, tamen non erit incommodum, hac
 eadem vel ulterius explicare. Tantum igitur tibi persuadeas velim, veram mercurii extinctionem non aliunde pen-
 dere, praeterquam à praecipitatione: hac etenim via frigidit. & humiditas fit expert, quarum causa, quas superius di-
 ximus, agnitiones procedunt: nec fieri potest ut praecipitatione mortuus semel mercurius reviviscat. Hac etenim ar-
 te frigid. & humiditate privatus in calcem rubicundissimam fertur. Ideo dicebat Rhafis Almans. V. Argentum vivum quan-
 do extinguitur ardens est & corrosivum & tale est cum praecipitatur: nam male olentia ulcera corrodit, & mundi-
 ficat sine dolore: quod si alioquin extinguitur, idem non efficit, sed potius repercutit. FRAN. Quid ergo cum argenti
 vivi extincti memineris, utiq, de praecipitato intelligi vis. ANDR. Etenim, non enim repercutere morbos ad interiora
 melior, sed omnino purgationib. prius diducere, cum unguento mundare. Verum dum istis immoror, cataplasma spara-
 drappum

drappum imprudens praterieram, quod brachium & tibi decem diebus applicatum, sine ullis unctionibus morbum Gallicum delet. FRAN. Expecto quid hoc si velit. ANDR. ℞. Igitur emplastri de pelle arietina, quod inguinaria her-
nia doctores applicari precipiant, ℞. iij. emplastri tripharmaci ad ignem confecti, diachilonis majoris, singul. ℞. vj.
resina pinea, ℞. ij. liquefiant hac ad ignem, & cum infigidari ceperint, merc. extincti, ℞. v. cinnabari, ℞. ij. sublimati,
℞. ij. addantur, & longo temporis intervallo spatula cura ignem commisceantur, & (ut mos est) ex lintcolis fiat (ut
ita dicam) paradrappum: hoc tibi a genu, brachio vero a cubito, donec signa remotionis advenerint, applicetur.

De Morbo Gallico à quocunque humore contracto.

FRANC. Etsi diffusius hucusq; de huiusmodi morbo unicuique humorum admixto differuisti, vellem tamen ut potum
illum, quem tibi secretum ascribis, quo quidem etiam unumquemque morbum Gallicum recenter contractum fugas,
10 mihi propalare digneris. Hoc tamen agere ferre non permittas, cum ego tibi non solum corpus ipsum, verum & vitam
jamdudum dicaverim. ANDR. Deceveram omnino mi Franciscus nemini secretum hoc unquam aperire: tibi ta-
men virtutum tuarum munere, etiam majora dicere non dubitabo. Cum igitur aliquem ab ejusmodi morbi jaculis
recenter vulneratum offenderis, ipsum ejusmodi pharmacum quadraginta dies absorbere jubebis. Assumitur enim ca-
lidum in aurora, pondere ℞. vj. pro vice. ℞. Igitur myrobalarum emblicorum, bellitorum, indorum, sing. ℞. flor.
borraginis, buglossae radice, ipsarum flor. violarum, cicoreae, camomilla, sing. man. succ. sumiterra, boraginis, endiviae,
buglossae, lupulorum, sing. ℞. ij. succi pomorum dulcium ℞. vij. uva thymia, jujubarum, prunorum sebesten, sing. ℞. x.
liquiritia munda, ℞. ij. polypodii quercini, sticados, rad. acori, sing. man. j. sem. feniculi dulcis, ℞. ij. scolopendriae, ca-
pillorum Veneris, callitricis, polytrici, sing. man. folliculorum senae, epithymi, sumiterra, sing. ℞. b. agarici boni, ℞. xviij.
bellebori nigri, ℞. xiiij. aquarum intybi, capill. Veneris, sumiterra, buglossae sing. ℞. ij. vini granatorum, ℞. b. radic.
20 inula, baderae, feniculi apii, cicoreae, sing. ℞. j. b. chamapitios, sticados, chamadr. sing. ℞. squinantibi, ℞. ij. eupatorii, ℞. ij.
rheubar. ℞. iij. addita aqua pluviali q. s. arte & igne bulliant omnia, postmodum lint colo spissiori colentur, praloq; ex-
primantur, & addito saccharo q. s. fiat potus longus. Unaquaq; tamen decima die dum pharmacum hoc assumserit
ager, accipiat ad materiam expellendam, ℞. b. istius conf. ℞. Turbit, hermodact. rnt a agrestis, sing. ℞. ij. diagridii, ℞. ij.
garios, gingiberis, cinnam. sing. ℞. b. piperis, gr. ij. squinantibi, spica, epithymi, salis gemmae, sing. ℞. b. sandal. citrinorum,
alb. rub. crocei, sing. ℞. j. manna electa, ℞. b. rheubar. ℞. ij. Zedoariae, ℞. ij. sacchari, ℞. vij. & cum aqua buglossae ad ignem
fiant trochisci. Scias enim pro certo, multos hoc remedio fuisse sanatos. Reliqua vero superius explicavimus.

Decuratione morbi Gallici per lignum Indicum.

Sed quoniam, quemadmodum medela ducerentur ab extincto mercurio, atq; ab omni genere pharmacorum, satis
explicatum arbitror verbis superioribus, sequitur ut hac ligni Indici medicam, persequar, quae pertinet ad novos
30 medicos, quibus utuntur homines nunc potissimum, se tutius curari sic arbitrantur. Lignum igitur quod alii Indum,
alii vero Guajacum, nominant, ex Taprobana, America, Indiaq; petiunt nostratibus medicis intervalla locorum minus
comptum est. Quidam putant Avicenna, canonis indictione Karon, hoc lignum rememorare, dicentem: Karon
est lignum Indum, cujus allatio ad terram nostram multiplicatur, & est magni juvamenti in negotio fracturae, torsto-
nis, & dislocationis: non ab re fortasse, nam Princeps ex Arabia genti Indorum propior erat. Quamvis Roma, mihi sub
Hadriano VI. Pont. Max. degenti frater ab India cucullati exulceratarum tibi, arum remedium quarenti affirmavit
jurejurando lignum duodecim cubitorum altitudinem explere, crassitudine ulnarum duarum, folia plantagini non
dissimilia, corticem cum nigro, tum subcineritum, flores luteos, fructus rotundos, acidos, quorum species olivae figu-
ram redderent, habere. Præterea morbum Gall. similem, medicos illius ora discutere viridi ligno, ex quo, quod nigrum
corticem gereret, palmam haberet. Nos quoniam viridi caremus, cariosum dimittentes, id eligimus, quod aqua non in-
40 natet, propinquius radicibus. Medicis valentius comptum est, quod in superficie sandalorum citrinorum colorem
medio nigrescente referat. Idem croceum debilius admodum, feminis & pueris reservant, cujus naturam vimq; cum
nemo satis recte descripserit, ad unguem cognoscere quis potest? quamvis ab usu caliditatem, siccitatemq; manifesto
deprehenderimus, cum ejus decoctum bibentium guttur & stomachus patiantur incendium. Superioribus etiam diebus
siccioris habitudinis homines vidi, morbo Gallico laborantes, ligni potatione cum et hanc febriculam, tum tamen in-
currisse. Resina præterea gummi non ab simile ab eo in igne projecto, flammis obnoxium, emanare videtur, nec non de-
coctio prima ejus pinguis, & crassa colorem lactis referens, magnum corpori nutrimentum præstat: unde bibentes
quamvis inedia torqueantur, rariis fame vexantur. Postremo per evaporationem ab eo non modicum manat oleum.
Cum sit igitur omnib. persuasum, resinas omnes, oleumq; fundentes arbores, caliditatis & siccitatis esse non expertes,
idem de hac arbore possumus assignare. At hoc (utcumq; sit) non laboro modo, nam à proprietate (ut asserimus) in
50 ejusmodi morbo videtur agere. Novi enim medicum quendam, dicentem egrotos potius medicina inedia, quam li-
gno sanitatem receptam referre debere. Qui tamen frustratus est, cum quercus decoctionem eadem India nullo suc-
cessu cuidam dedisset. FRAN. Diebus istis, sicut jam prius, non videtur huiusmodi lignum male habentibus conferre:
nam pleriq; ejus decoctum assumptes, non sanantur. ANDR. Evenit hoc exhibentium incuria: nam fere omnes, Olei ex li-
ut male affecti in ediam arduam abhorrentes decocto hoc perfruantur, quotidie carnes, citra canones eis exhibent. Per-
verso igitur ordine ruunt omnia. FRAN. Ex eo olei conficiendi rationem, quam jamdudum pollicitus es, expecto. endi ratio,
ANDR. Hoc igitur ligno resertum conciso, novum fictile resertum vas, operculo testaceo punctum pertuso obtretur,
quod diligenter argilla circumlitum, excipiat altera testa vacua, terra defossa ad os usq; superiori desuper incumben-
te luto conglutinata, ut per operculum flammarum vi circum circa estuante, in vacuum quatuor aut quinq; horarum
spacio defluat oleum, & posteaquam deferbuerint, aperiens, offendes obrutam resertam aqua oleo innatante: quo si
60 papulas, exulcerationes, tubera, compagum & nervorum doloribus inunxeris, juvamentum non modicum præstabis.
Aqua vero oleo subsidens, diluculo, vespereq; pota loco decoctionis ℞. iij. ponderis, quatuor horis ante cibum, mirum in
modum confert: magis tamen si syrupus accesserit ejusmodi. ℞. Rheub. elect. ℞. b. rad. cent aureae majoris, ℞. ij. spica
squinantibi, sing. ℞. b. ligni, aloes, sandal. rub. sing. ℞. j. rad. hyringi, ℞. herbat. necis, man. ij. sem. ebuli, ℞. ij. bellebori
nigri, ℞. florum cordialium, sticados, sing. man. ij. Omnia contendantur leviter, & ex vini cretici, aquarum intybi, &
sumiterra, sing. ℞. b. dies octo macerentur, postmodum decoquantur ad tertiam, inde pralo exprimantur, expressioni
sacchari, q. s. addatur, & fiat syrupus, cum quo prædicta destillationis ℞. ij. sive ligni decoctionis de qua dicemus, ℞. v.
bui die summo mane scil. & inclinato jam sole bibat affectus ante cibum quatuor horis. Quod si decoctionem volueris
audire, paucis absolvam. ℞. Guajaci concisi, ℞. ij. b. aqua pluvia, ℞. xxx. ex quibus frustula biduum macerentur,
qua nova vitreata testa cooperulo prædita capiat ad bulliendum lento igni: spuma calida, qua interea fit, patientis
ulcerantur, membrorum compagibus dolore percitis eadem utiliter adhibetur, ac etiam tuberibus, pustulisq;
VV 3 opem

opem asferre videtur. Facta despumatione lignum pradiatum decoquas, quousq; supersit tertium. Cum autem tepu-
rit, linteolo spissiore coletur, conservetur quod inde fluxerit urnula vitrea bene obturata, ne scil. vis evanescat. Huius
decocti pro syrupo xl. dies diluculo quatuor horis ante prandium, nec minus inclinante jam sole quatuor horis ante
cœnam, ℥. v. sigillatim tepidas bibat. Ad hac ℥. xxx. celestis aqua ligno primæ decoctionis accedant, ut ferveant ea-
dem olla tecta cooperculo, quousq; ℥. xx. tantum fiant, & ritu primæ decoctionis in vase oris obducti servato, hanc po-
terit affectus, cum sitiverit, sive tepidam, sive frigidam sumere. Quod superest, si primam decoctionem cum syr. rheu-
barbari pradiato biberit affectus, citius valebit. At si vino lignum incoquere placuerit, majori cum utilitate curam ef-
ficies. Nam in pituitosis felici successu ego sæpius periculum feci. FRANC. Quid hoc? Percepi à peritioribus medicis
ligno isto curantibus, affectos in hac cura vinum bibentes nullo pacto sanitatem adipisci. ANDR. Recte tu quidem, at
non minus ego, cum decoctionem ex aqua morbofi biberint. Verum enimvero vinum decoctionis ejusmodi nullo pacto
obesse poterit, efficitur enim ex concoctione medicina valentior, quod adhuc neminem tentasse puto, at ego sæpius in
frigido morbo felici successu periculum feci. FRAN. Sequere igitur. ANDR. ℥. Guajaci recentis concisi & electi,
℥. ij. rheubarb. electi, ℥. ij. rad. centauræ majoris, ℥. f. folliculorum senæ, man. squinantib. ℥. ℥. contusa hac omnia ex
℥. xx. vini albi odoriferi, & ejus aqua dimidio biduum macerentur, inde decocta coletur, non alio mehercule pacto,
quam quo superius est dictum: hoc sine precedenti syrupo uti poteris. Ad hoc ℥. Guajaci recentis, ℥. j. quam ex vini
albi levioris, ℥. xv. per diem macerabis, ita ut postea bulliant omnia, quousq; restent, ℥. x. tunc infundas desuper aqua
ferrentis, ℥. xv. qua simul cum vino bulliant, quousq; ℥. xx. tantum reliqua sint. Postmodum coletur, serventurq;
in potum prandentiq; cœnantiq; affecti. Sic curabis quos non solum victus tenuit, sed etiam aqua auferit, as terret:
neg. absurdum fuerit autumni tempore concisum lignum quindecim dieb. cum uvis ad bulliendum ponere, nam non
nullos ex hujusmodi potu sanatos percipies. Iis etiam optime consultum fuerit, si post decocti portionem ante prandium
spatio unius horæ, cochlearis dimidium illius electuarii abliguerint. ℥. Ligni pradiati subtiliter pulverizati, ℥. san-
dal. rubr. ligni aloes, thymi, florum buglossæ, boraginæ, ocimi, sing. ℥. j. pulveris diarbodonis abbatu diamusci dulcis,
diambra sing. gr. x. & cum syrupo de corticibus citri in pituitosa materia, vel cum syrupo de cicorea composito in san-
guinea, quantum sufficiat, ex arte tum fiat electuarium. Verum ut res quam tractamus ad calcem tandem decurrat,
de regimine sex rerum non naturalium summam dicemus. Hos igitur oportet diebus viginti bis die tantum come-
dere, nil aliud assumentes, quam panis recocti binas uncias, accedat uva thymina præterea tantundem bibant aquam
sive vinum decoctionis secundæ pradiati ligni. Transactis hisce diebus panis albi bene fermentati sine sale clibano rosti,
℥. ij. tantundemq; carnis aut asse aut elixæ, pullorum gallinaceorum, sive aucupii ex sylvis aut montibus petiti pran-
deant, cœnent vero thyminas uvas, recoctumq; panem, ad trigesimum diem. Quæ transacta ℥. ij. panis albi, carnesq;
pradiatas ponderis ejusmodi, & prandere, & cœnare recte poterint. Cubiculum, quo se continet ager, per astatem ori-
enti sit expositum: per hyemem tepidarium, vel locus maxime clausus, ubi continue lignorum boni odoris fiat ignis.
Nec inde egrediatur nisi à quadragesimo die: nocte dormiat horis sex, aut ad summum septem. Diluculo primam li-
gni decoctionem ex aqua cum illo syrupo, sive vini absq; syrupo bibat statimq; lecto cubans peristromate, vestibusq; su-
dorem provocet, quem calescentib. linteolis, posteaquam satis superq; desudaverit, abstergat. Inde subucula, vestibusq;
pelliceis munitus, linteo capite obvoluto, præcedens hora spacio prandium surgat, tum lotus manibus, facieq; mundata,
decoctione primi ligni, nares & aures purget, deambulans per cubiculum: cui si alvus suppressior fuerit, balneo mellis,
clysteræve ex prima decoctione ligni, addito sale, oleoq; camomillino & violaceo poteris eandem ciere, quo reddito sta-
tim prandeat: pransus quiescat, legat aut ludat, meridianum somnum pro virili declinans: angorem nec minus reli-
quos animi morbos fugiens, exhilaretur. FRANC. Recoctum panem jamdudum ingessisti mihi, nec quis sit satis ex-
plicasti. ANDR. Imprudens præterieram. ℥. Pollinis farina triticea quantum volueris, non sine fermento congruo,
quam subactam quatuor digitorum crassitudinis quoquo versum, longitudinis duarum spirituum in pastillos for-
mabis, decoques in clibano usq; ad non completam coctionem, extrahes deinde, & posteaquam deservuerint, acutissimo
cultello poteris in tenuissimas partes secare, quas ex aqua rosacea, & saccharo prius maceras, in tabula sigillatim
collocabis, furnoq; iterum mandabis, ut legitime concoquantur. Porro priusquam pradiati ligni decoctum sumant, pro
morbo pharvacis & syrupo superius enarratis sunt muniendi: quin etiam si morbus expositorerit, sanguis prius erit
mittendus. Verum posteaquam ad quartum decimum diem perventum fuerit, sumat pituitosus, postridie ejus diei pur-
gationem hanc: ℥. Agarici præpar. turbit elec. hermodactyl. sing. ℥. j. gingiberis, ℥. ℥. bellebori nigri, gr. v. contusa
per noctem, ex aqua absynthii, melissæ & fumiteræ, exprimantur, expressioni socientur elect. lenitivi, ℥. iij. conf. Ha-
mech, diafinic. sing. ℥. j. & fiat potio addita rhodomellis, ℥. ℥. Vel ℥. Polipodii quercini, ℥. iij. sem. ebuli contriti, ℥. j.
folliculorum senæ, epithymi, thymi, sicados, amaraci, asari, florum salvia, sing. pugillum fiat decoctio in qua colliquescant
elect. lenitivi, ℥. iij. conf. Hamlech, elect. Indi, sing. ℥. j. agarici præpar. ℥. ℥. trisera persica, ℥. j. syr. de fumoteræ, ℥. ℥.
fiat potio: quam trigesimo etiam die iterum dare tibi erit expediens. Quod si Gallicus adhaerit sanguini, hoc phar-
maco poteris uti. ℥. Rheubar. electi, ℥. ij. ex aqua intybi & vino cretico, cum nardi spica: permaneant sex horas,
hac omnia superioribus liquoribus infusa, deinde facta forti expressione, diacatholiconis addantur, ℥. iij. elect. ros. Mes.
℥. iij. de succo rosar. ℥. ℥. & cum decoctione florum, & fructuum cordialium fiat potus, addita syr. violacei, ℥. quem
hauriant cum quinta decima, tum etiam trigesima luce. Quo die purgationes ager exhauferit, carnes elixas prædeat,
ejusdem ponderis, ejusdemq; qualitatis: nec minus pane vescatur, ex jure carniū pradiatarum: bibat jus tantum ea-
rundem, die vero sequenti iterum rodeat ad ligni potationem, quam supra sæpius meminimus. Transacta quadragesi-
ma luce liberalius poteris hunc habere. Postridie parum è cubiculo procedat. Quæ sequitur die domo pedem efferre po-
terit, statim cubiculo se tamen resituens. Insequentibus diebus, gradatim sic se habens, negotia sua brevi peraget, cum
tamen ut diutius cibos sanguinem adurentes, in stomacho putrescentes, pituitamq; gignentem aversetur. Sed quoniam
cum his qui ligno curantur actum fuerit optime, si in etbicam, aut in tabem non inciderint, non esset absurdum, dieb.
exactis quadragesimæ restaurandarum virium gratia per mensem quotidie duabus horis ante prandium cochlearis di-
midium istius electuarii assumere. ℥. Nucis Indicæ recentis, ℥. vj. nucleorum pineorum præparatorum, amygdala-
rum dulcium, pistaciorum, singul. ℥. j. seminis peponis mundati, ℥. v. seminis papaveris albi, ℥. j. uva thymina ex
aqua violacea, ℥. ij. pinidiorum, sacchari violac. nenufarini, singul. ℥. iij. hac omnia terantur optime lapideo morta-
rio, & ex syrupo violaceo composito fiat electuarium. At nonnunquam fit, ut non ita exacte curentur: ergo catapo-
tium tale poterunt tribus vel quatuor mensibus post assumptionem ligni semel in hebdomada duabus horis ante cre-
pusculum, ℥. j. pondere sumere. ℥. Myrobalanorum omnium, troch. colocynthida, mastice, diagridii, hermodactyl-
lorum, turbit, agarici præparati, sing. ℥. j. origani, cymini, sing. ℥. ℥. rheubarb. ℥. j. spica nardi, gingiberis, singul. ℥. j.
salis

salis gemma 3.℔. hellebori nigri 3. ij. polypodij quercini 3. j. seminis ebulli, sing. 3. ij. pulveris hierae simplicis, diamusci dulcis, sing. 3. ij. aloes elotae 3. ij. theriacis 3. ij. Contusis contundendis cum syrupo de sumoterra fiat catapotiorum trochiscus. Verum ut mea consilia tibi credam omnia, si etiam per aliquot menses electuarium cum pulvere ligni confectum quotidie, vel alternatim affecti assumerent, ab omni derelicta malignitate liberarentur.

De curatione morbi Gallici per aquam philosophicam.

- R**eliquum est cognita ingenii tui mira facundia, cognitoque amore, ac fidelitate, quibus me semper prosecutus es, ut ea quae alicui nunquam dicere volui, tibi condonare non derelinquam. Morbum igitur Gallicum sanguineum, cholericumque, recentem contractum poteris hac aqua philosophica discutere. **℞.** Aloes hepatica lota ex succo intybi 1℔. j. rheub. electi, radicem centaurae majoris (rheuponticum vulgus appellat) sing. 3. ij. quatuor communium frigid. 10 maj. excoariorum, sing. 3. iiij. capillorum Veneris recentis, man. iiij. uva thymina 3. vj. pulpa sebesten, casia extracta, sing. 3. vj. pulveris trium sandalorum, aromatici rosaci, sing. 3. j. succi rosarum puri, intybi, cicoreae, sumiterra, lupulorum, scabiosa, sing. 3. vj. liquoris malorum puniceorum, berberorum, sing. 1℔. j. succi boraginis, 3. viij. syrup. de cicorea compositi, de buglossa, de sumoterra, sing. libra pondo: contundenda contundantur, & in vase sublimationis vitri constato succis vino & liquoribus praedictis, dies octo macerentur. Porro per balneum ferventis aquae, cui harenae quantitas sit commixta, sublimetur aqua. Verum vas ipsum operculo rostrato sit lectum, cui phialam vitream diligenter, ne quid ex commissuris expiret, copulabis, accedente ex lignis seu porius carbonibus igne: ex quo cum clara tota defluerit aqua, & rubentior appareat, phialam removens, huic similem vacuum statue, quod fluxerit totum serva. Nam sanguineo biliosoque, recenti malo plurimum liquores ejusmodi prosunt. At in morbum pituitosum, melancholicumque, quo valentius est nihil accipe agarici praeparati 3. iiij. aloes elotae ex succo sumiterra, 3. jx. catapotii de aromat. 3. iiij. 20 myrobalanorum omnium, sing. 3. j. senae, epithymi, melissae recentis, florum cordialium, sing. 3. iiij. hermodactylorum, turbit, sing. 3. iiij. iua arthetica, baccarus, sticados, chamadryos, salvia, primula veris, origani, satoreja, sing. man. iiij. radicem centaurae minoris, rheubarb. sing. 3. j. rad. hellebori nigri recentis, 3. vj. gingiberis, nucis myristicae, gariofilorum, cinnamomi, cubebae, carpobalsami, calami aromatici, croci, sing. 3. j. succi radicem ebulli, succi radicis inula, succi arthamici, succi absynthii, succi eupatorii, succi bugli, succi sumiterra, succi melissae, aceti squillitici, sin. deunx, vini cretici, 1℔. x. theriacis optimae, 1℔. ij. pulpa sebesten, libra pondo: contundenda contundantur, & cum succis & liquoribus, in vase vitreo magno commisceantur, & sic dies octo permaneant, inde sublimentur, sicut superius diximus. Quod si effectus in atram bilem desideraveris, tres aut quatuor angues, longos, nigros, excoariorum, exenteratosque, cum multo sale, temporis aliquo spacio, cum aceto perfricos, ut una colliquefiant, addere poteris. Nam hoc non solo morbo Gall. sed lepra, multaque aliis agnitionibus, quas nunc praetermittendas duximus, maxime confert. **FRANC.** Aveo scire 30 quoniam pacto sublimatio talis sit agrotantibus exhibenda. **ANDR.** Cum recte cognoveris aliquem morbo Gallico calidiori confectum, sex rebus non naturalibus observatis, ut diximus, factaque, prius phlebotomia, si necesse fuerit, non minorem huic inedia imperabimus, quam is quos illinimus. Post hac astate potest hanc assumens per domum deambulare: bruma vero urgente cubiculo se continere: nec interdico quo minus pila unius horae spacio ante cibum, loco clauso se exerceat. Sumat singula quoque, die luce appatente sanguineum sive biliosum, syr. rosati, de succo citri, sing. 3. ℔. olei de sulphure, gr. x. quibus addantur prima sublimationis limpida, 3. ij. ℔. rubentis vero, 3. iiij. quod eligendum bibat decem diebus, inde unoquoque die provocet sudorem. At si cognoveris humores non vocari, potione hac, decimo die **℞.** Elect. lentivi 3. iiij. rosaci Mes. diaf. sing. 3. ij. & ex rheub. infusione, 3. pauxilli, syrupi de succo citri: fiat potio. Postridie vero rursus ad syrupos redeat, ad alios x. dies: quae omnia si nihil eduxerint, voret ager diluculo rheub. 3. addita thymina uva: dehinc sublimationem praedictam bibat, extendatque, syruporum haustum in trigessim. diem, ex quo denuo 40 solutiva potione purgetur, si vero sublimationi parere humores videbuntur (quod in multis saepe deprehendi) alterum purgationis genus supervacaneum fuerit, idem prestare poteris in frigida quoque, aqua, si praedictam aliam sublimationem cum syr. de sumoterra, & de sticados, non omisso tamen sulph. oleo propinabis. Si autem res postulaverit, decimo quoque, die peculiaribus pharmaciis evacuentur ab humoribus affecti. **FRANC.** Quid si ante trigessim. diem sanatus fuerit, debetne potionem ad praestitutam diem extendere? **ANDR.** Neutiquam: quippe quosdam decimo potu curavi, sed corruptiores ad eam diem possunt accedere: corruptiores autem dico, qui longiori tempore hoc morbo fuerint affecti.

De Chirurgia.

- Q**uoniam nunc de purgationibus his, quae tum inedia, tum etiam potionibus sunt, satis diximus: reliquum est, ut de Chirurgia agamus. Mañus etenim opera ab antiquis maxime culta, Homeri, Corneliique, Celsi testimonio comprobatur, sine qua Gall. per pauci possunt sanescere. Nam corporis abscessus ab hoc morbo, qui verendorum, inguinumque 50 partes infestant, duab. de causis minime sunt repellendi: nam inguen jecinoris & splenis emissarium recte dicemus. Apostemata ergo inibi tumentiam repercutere qui possumus? quoniam Avic. IV. primi sic asserat: si vero membrum apostematum membri principalis emunctorium fuerit, sicut loca glandulosa in collo, quae sunt emunctoria cerebri, aut ascellae quae sunt cordis, aut inguina, quae sunt hepatis, nullo modo erit applicandum aliquod, quod refrenet: accedit materiae malignitas quam si nostratibus credimus, cataplasmatibus, cohibere minime conari debemus. **FRANC.** Quid igitur erit praestandum? **ANDR.** Pro virili laborandum, ut malagmatibus maturefcentia secanti ferro, ac etiam aliquando actuali cauterio aperi. mus, feci totius corporis tanquam fenestram patefacientes. Quod si praedictum malagma quavis, est ejusmodi: **℞.** Fol. malva, brancae usinae, violarum, sing. man. rad. bryoniae recentis, 3. ij. bulbos liliorum binos. Hac aqua recte coquantur, terantur, incernanturque: quibus accedant adipis porcini, 3. ij. butyri recentis, 3. ℔. olei de lilio, hypericonis, viol. sing. 3. j. ℔. fenograci 3. vj. & ex jure herbarum radicumque, praedictarum subactum cataplasma 60 calidum applicetur: quod cum in calidis, tum etiam in frigidis corporis abscessibus valere conjecimus. At si materia sclerotica esse videbitur, ejusmodi alterum conficies. **℞.** Rad. altheae, 3. ij. rad. bryoniae recentis, 3. j. ℔. bulbos liliorum, tres, chelidoniae, m. s. sicum siccorum, 3. ℔. bulliant haec omnia in aqua quantum sufficiat, postmodum conterantur & incernantur: indantur deinde axungia porcina, olei de lilio, butyri recentis, sing. 3. ij. frumenti trit. vel siliginei, 3. iiij. allii decocti sub pruno, 3. j. ℔. farinae frumenti, fenograci, seminis lini, sing. 3. iiij. ammoniaci dissoluti in aceto, 3. iiij. & conficiatur emplastrum: nec expectandum quousque, cutis summa per se deducatur, tanta etenim est morbi malitia, ut affectum locum in Carcinoma plerumque, sua malignitate precipitet. Satiur igitur fuerit scapello jam nigrescens aperit, quod praeparabimus facta incisione prima die albumine ovi, ac pulverib. conducibilibus, inde per tres vel quatuor dies digestivo de terebintina, & ovorum vitellis, inde hoc utemur mundificativo. **℞.** Terebint. clara ex aqua sumiterra, 3. iiij. vitellos ovi binos, mellis rosacei, syrupi de sumoterra, sing. 3. ij. farina orobi, 3. iiij. thuris, mastici, aloes hepatica, sing. 3. ij. rad. pencedani, 3. j. & fiat mundificativum. Si volueris virium majorum mundificationem, accedat unguen-

unguentum apostolicum: vel si adhuc maximam, Aegyptium. Attamen hoc unum scias, precipitatum mercurium cum aquali pondere alumini exusti commistum vix sic mundificare. FRANC. Quid? ad cicatricem obducendam valebit idem? ANDR. Non, sed triapharmacum cerat, tum opem prestabit: vel hoc, quo valentius nihil est, admini-
strabis. ℞. Rosarum, myrtillorum, balaustiarum, caudæ equinae, seminis plantaginis, singul. man. j. myrobalarum, citrinorum, conorum cupressi, sing. ℥. ii. acaciae, hypocistidos, sing. ℥. iiij. Haec omnia prius contusa, tribus diebus mace-
rentur in aceto fortissimo, postmodum in eo bulliant quousque medietas evanescat, tunc quidem praelo exprimantur, ex-
pressum deinde cum oleis rosaceo & myrtino copulabis, lili baryrio mimoz, additis, ceratum ad ignem conficies, ad-
dit a tertia semuncia. FRANC. Plerumque fieri solet, ut à morbo Gallico exulcerationes sordida, corroderent, spongio-
saque, sapius ossa corrumpant: his quibus remedium obviam eundum fuerit, explana mihi. ANDR. Bisariam procedit
haec curatio: nam si ligno ab Indis petito curare fuerit consilium, pluribus diebus precipitato pulvere mundificanda
sunt ulcera. Nam quamvis ipsius porione materia peccans evertatur, tanta est tamen materia ulceribus conjuncta
malignitas, ut nisi quis optimam operam accesserit, vix possint ad cicatricem deduci. At si per unctionem, suffitumve
procedis, ea tamen prius, qua ossa penetrant, curare oportet ulcera, corrosiva quippe, cave nos, qua & his similia. Ad
ossa non accedentia, unguento, suffitum, delemur, sed os corruptum omnino abradatur, cauterioque inuratur, juxta illud
Avicen IV. quarti, cap. de Corruptione ossis sic dicens: Necesse est fricare ipsum, & radere, aut cauterizare, perve-
niendo ad ultimum corruptionis ejus, ut cadant cortices corrupti, & remaneat sanum. Itaque cum certissimis argumen-
tis ossis vitium deprehenderis, aut incisione & cauterio poteris operari, aut cauterio tantum. Sane in obducti oris ulcere
spongioso, corrupto, novacula penetrandum erit usque ad os incidendo carnem affectam, qua diligenter utrinque, pos-
tea diducta, limbo erit ex albo ovorum, & pulveribus obducendum per vinum infarciatur: inde fiet, ut pos-
tridie ejus diei subijciatur os, nostris oculis vitiatum, quod cum videris, bene secanti ferro putredinem cariosam
diduces, & sanum à vitiato separes: inde candenti ferro, carne madida stuppis pramunita, os ustulabis: Si vero la-
tius patebit ulcus, carnem prius incidere fuerit in conveniens: nam cute deficiente, non poteris nisi fistulatum, idque
difficiliter ab osse diduci, non sine maximo sanguinis sinu. Sat erit igitur candenti ferro, quod minima fiet sanguinis
missio, carnem ad os usque vitiatam comburere, tunc enim ex linamento ejusmodi medicamentum curabit, quod
combustum fuerit. ℞. Vernici liquidi ℥. iiij. ex aqua solatri five plantaginis, vitellos ovitres, butyri recentis ℥. ij. olei
rosacei, omphacini, violati, nenupharini, singul. ℥. ij. Misce simul omnia haec, & fiat unguentum, quod locis ustulatis
mirum in modum confert. At ulcers circumstantes particulam triapharmacum ex oleo acetoque rosaceo, ac lili baryrio,
in mortario plumbeo subacto ad restringendam cauterii vim illinies: quam operationem si quis reformidaverit, poteris
quorundam sententia per euphorbi pulverem eodem pervenire: sed mihi quidem non sit verisimile ut in profundo ulcere
valeat is, aut ejusmodi quippiam, praeter cauterium, quod curans D. Angelum, illustr. Reverendiss. Cardinalis Trident.
arari Fiscalem, deprehendi, qui quamvis hoc morbo minime teneretur, ex calce tamen equi plurimo temporis spacio
contracto, & inveterato ulcere laborabat sinistro crure. Multa medicorum manus, satis honesto conducta salario, ex
circumvicinis civitatibus ad eum frustra confluxerat: quo factum fuit, ut is salutem pene desperans, mihi se curandum
tandem tradiderit. Postridie ejus diei, quoniam ulcus ejusmodi à cute & carne fere spoliatum erat, quinque medicis
assistentibus, vitiolam carnem cum osse corrupto cauterio concremavimus. Difficile dictu est, inter curandum quanta
fuerit viri constantia & conjuncta prudentia: enimvero, (quod dictum citra invidiam fuerit) C. Mario praestantissimo
viro aequavimus non solum Angelum, verum etiam merito pratulimus: quippe qui non solum teneri se noluerit, sed cruce
immutum nullo doloris argumento praeberit. Sed ut ad rem redeamus, patuit quamobrem remediis ceterorum nun-
quam cessaret malum: ad medullam namque pervenerat vis morbi, circumvicina quoque, corrumpens: quod tamen
omne quicquid erat in eo noxii, Deo dante, duorum mensium spacio curavimus. FRANC. Hujus etiam cura argu-
mento innixus, tantum mihi polliceor brevi confore, ut nostrates non solum, verum etiam praestantissimos quosque, me-
dicos antecellas. ANDR. Agnosco miram animi tui in me inductionem, qua sit, ut nostra tibi majora videantur, qui-
bus (ingenuè dicam) laudari à laudato viro, virtuteque, quas ne agnoscam quidem, mihi tribui facile patiar. FRANC.
Sapius fauces palatumque, vidi vici affectorum maligna ulceribus, serpentibus, exesistis, teneri, qua quo pacto sint oppu-
guanda, vellem libentius ab te audire. ANDR. Fiat ut vis. ℞. igitur aqua cujus virtute aurum ab argento dividi-
tur ℥. ij. rosarum, hyoscyami sing. ℥. iiij. inde misceas. Aut ℞. Aqua saponis ℥. ij. vitrioli Romani ℥. iiij. salis ammoniaci
℥. j. vitriolum & sal diluantur optime, & fiat aqua. FRANC. Qui fieri potest ut aqua quas dixisti partes ulceri-
bus circumstantes non ledant? ANDR. Styli lignei summitatem tomento circumligabis, qua madefacta ex aquis su-
perius enarratis illinies ulcera, qua cum coeperint mundari, os affectu sibi colluant ex aquis consolidantibus, quas supe-
rius tibi pluribus explicavimus. Quin etiam pustulis verrucosis ejusdem morbi plurimum confert, nam decidunt sta-
tim resolvunturque. FRANC. Solent plerumque durissima stantes glandulae agrotos male habere, quibus quid apponen-
dum sit scire desidero. ANDR. In primis illud scias, istorum tuberum duas esse species, quorum altera carni adbare-
scens diaquilone magno de gummi, aliisque discutientibus emplastris cum per resolutionem, tum quidem per suppurati-
onem curantur nonnunquam. Altera procedens ab osse difficillime sanescit, nisi cauterium adhibueris: quam cura-
tionem cum plerique averseantur, cauterium potentius adhibeam, quo quatuor horarum aut quinque, spacio dolore modico
urgente macerabitur, ac destruetur caro. ℞. igitur aqua prime, qua sit sapo, ℥. iiij. vitrioli Romani, vitri, salis am-
moniaci, sing. ℥. j. qua diligenter una dissoluta, ex testa decoquantur ad sordium crassitudinem, tunc adde opii thebaici
℥. j. & deinde torreatur igne tam diu, ut lapidescant: effusa aula lapillos adhaerentes obturato vase vitreo conser-
vato, quippe noxius est aer adventitius, quo statim in aquam convertuntur. FRANC. Apicem tuorum in me immor-
talium meritorum hoc addidisti: quo sit, ut nihil aliud abs te nunc expetam, nisi ut sapius ad te accedam, quo
tempore omnes circa morbos ex viridario tuo fructus colligere possim. ANDR. Libentissime
quidem, ut prius cognovero auditorem attentum te praestitisse. At nunc
reliquum est tantum, ut curandi corporis necessitate
ad conaculum accedamus.

